quæ inter exigua spatia, ut gradus, subinde consurgunt, Scalas Hannibalis appellant. Inde ad Tarraconem parva sunt oppida, Blanda, Eluro, Bætulo, Barcino, Subur, Tolobi : parva flumina Bætulo juxta Jovis montem, Rubricatum in Barcinonis litore, inter Subur et Tolobin Maius. Tarraco urbs est in his oris maritimarum opulentissima : Tulcis eam modicus amnis super, ingens Iberus Dertosam attingit. Inde se in terras pelagus insinuat, et primum magno impetu admissum, mox in duos sinus promontorio, quod Ferrariam vocant, finditur. Prior Sucronensis dicitur, majorque, ac magno satis ore pelagus accipiens, et, quo magis penetratur, angustior, Sætabim, et Turiam, et Sucronem non magna excipit flumina : urbes complexus, et alias quidem, sed notissimas Valentiam, et Saguntum[31] illam fide et ærumnis inclytam. Sequens Illicitanus Alonem habet, et Lucentiam, et, unde ei nomen est, Illicen. Hic jam terræ magis in altum eunt, latioremque quam fuerat, Hispaniam faciunt. Verum ab his, quæ dicta sunt, ad principia Bæticæ, præter Carthaginem[32], quam dux Pœnorum Hasdrubal condidit, nihil referendum est. In illis oris ignobilia sunt oppida, et quorum mentio tantum ad ordinem facit; Urci in sinu, quem Urcitanum vocant : extra Abdera, Suel, Hexi, Mænoba, Malaca, Salduba, Lacippo, Barbesul. Aperit deinde angustissimum pelagus, et proxima inter se Europæ atque Africæ litora montes efficiunt, ut initio diximus, Columnæ Herculis Abyla et

dentale, des pointes de rocher s'élever en forme de degrés, à peu de distance les uns des autres : ce qui a fait donner à cette partie le nom d'Échelles d'Annibal; et de là jusqu'à Tarracon, les petites villes de Blanda, d'Éluron, de Bætulon, de Barcinon, de Subur, de Tolobi; trois petits fleuves, le Bætulon au pied de la montagne de Jupiter, le Rubricatum auprès de Barcinon, et le Maïus entre Subur et Tolobis. Tarracon est la plus opulente des villes situées sur cette côte. Le petit fleuve Tulcis coule sous ses murs, et plus bas le grand fleuve Ibère baigne ceux de Dertosa. Ensuite, la mer fait irruption dans les terres, et s'y partage en deux golfes, séparés par un promontoire qu'on appelle Ferraria. Le premier, connu sous le nom de Sucrone, est plus grand que l'autre : assez large dans son ouverture, il se rétrécit à mesure qu'il devient plus profond, et reçoit trois fleuves peu considérables. Parmi les villes situées sur ses bords, on distingue Valentia, et celle de Sagonte, célèbre par sa fidélité et ses malheurs. L'autre golfe, nommé Illicitanus, baigne Alon, Lucentia, et Illicé, qui lui donne son nom. Ensuite les terres, à leur tour, s'avancent dans la mer, et rendent l'Hispanie plus large qu'elle ne l'a été jusque-là. On n'y rencontre rien, du reste, jusqu'au lieu où commence la Bétique, qui mérite d'être cité, à l'exception de Carthage, ville fondée par Asdrubal, général carthaginois. Les rivages suivants n'offrent de même que des villes obscures, et dont je ne fais mention que pour l'ordre. Telles sont Urci sur le golfe Urcitain, et, au delà de ce golfe, Abdère, Suel, Hexi, Mænoba, Malaca, Salduba, Lacippon, Barbesul. Ensuite vient le détroit formé entre les rivages de l'Europe et de l'Afrique par les monts Abyla et Calpé, qu'on appelle, comme je l'ai dit au commencement, les Colonnes d'Hercule. Ces deux montagnes, et surtout Calpé, s'avancent presque tout entières dans la mer. Calpé est extraordinairement creuse,

Calpe : uterque quidem, sed Calpe magis, et pæne totus in mare prominens. Is mirum in modum concavus, ab ea parte, qua spectat occasum, medium fere latus aperit : atque inde ingressis totus admodum pervius, prope quantum patet, specus. Sinus ultra est, in eoque Carteia (ut quidam putant, aliquando Tartessos), et quam transvecti ex Africa Phœnices habitant, atque unde nos sumus, Tingentera. Tum Mellaria, et Belo, et Besippo usque ad Junonis promontoriun oram freti occupat. Illud jam in occidentem et Oceanum obliquo jugo excurrens, atque ei, quod in Africa Ampelusiam esse dixeramus, adversum, qua nostra maria sunt, finit Europen.

VII. Mediterranei maris insulæ.

Gades insula, quæ egressis fretum obvia est, admonet ante reliquas dicere, quam in Oceani litora terrarumque circuitum, ut initio promisimus, oratio excedat. Paucæ sunt in Mæotide (inde enim videtur commodissimum incipere), neque omnes tamen incoluntur : nam nec pabula quidem large ferunt. Hac re habitantibus caro magnorum piscium sole siccata, et in pollinem usque contusa, pro farre est. Paucæ et in Ponto; Leuce Borysthenis ostio objecta, parva admodum, et quia ibi Achilles situs est, Achillea cognomine : non longe a Colchis Aria, quæ Marti consecrata (ut fabulis traditur) tulit aves, cum summa clade advenientium, pennas quasi tela jaculatas. Sex sunt inter Istri ostia : ex his Peuce

et présente, vers le milieu de son côté occidental, l'entrée d'une caverne, dont le fond est presque aussi vaste que son ouverture. Au delà on rencontre un golfe sur lequel est Cartéia, anciennement connue, selon quelques auteurs, sous le nom de Tartessos, et habitée par des Phéniciens venus d'Afrique, et Tingentera, d'où je suis; puis Mellaria, et Belon, et Besippon sur les bords du détroit, jusqu'au promontoire de Junon, qui, se portant obliquement vers l'Océan, fait face au promontoire d'Afrique que j'ai indiqué sous le nom d'Ampélusie, et termine les côtes de l'Europe baignées par notre mer.

VII. Iles de la mer Méditerranée.

L'île de Gadès, qu'on aperçoit en sortant du détroit, m'avertit de parler des autres îles de la mer Méditerranée, avant de faire la description des côtes extérieures du globe, comme je l'ai annoncé en commençant. Il y a peu d'îles dans le Méotide (c'est le point d'où je crois devoir partir), encore ne sont-elles pas toutes habitées; car elles ne sont pas même très-fertiles en blé : de là vient que les habitants font sécher au soleil la chair des gros poissons, la réduisent en farine et en font du pain. Le Pont-Euxin renferme également peu d'îles : celle de Leucé, qui fait face à l'embouchure du Borysthène, est très-petite, et porte le surnom d'Achillée, comme étant le lieu de la sépulture d'Achille; celle d'Arie, peu éloignée du rivage des Colchidiens, est consacrée à Mars. La fable rapporte qu'on y vit autrefois certains oiseaux faire beaucoup de mal aux voyageurs qui voulaient y aborder, en leur lançant leurs plumes comme des traits. Il y en a six

notissima et maxima. Thynias Mariandynorum finibus proxima, urbem habet, quam, quia Bithyni incolunt, Bithynida appellant. Contra Thracium Bosporum duæ parvæ, parvoque distantes spatio, et aliquando creditæ dictæque concurrere, et Cyaneæ vocantur et Symplegades. In Propontide tantum Proconnesos habitatur. Extra Hellespontum, earum, quæ Asiaticis regionibus adjacent, clarissimæ sunt, Tenedos[33], Sigeis adversa litoribus, et, quo dicentur ordine, ad promontorium Tauri montis expositæ, quas quondam dici putavere Μακάρων; sive quod fortunati admodum cœli solique sunt, sive quod eas suo suorumque regno Macar occupaverat : in Troade Lesbos[34], et in ea quinque olim oppida, Antissa, Pyrrha, Eresos, Methymna, Mytilene : in Ionia Chios et Samos : in Caria Cos[35] : in Lycia Rhodos; in illis singulæ sunt iisdem nominibus urbes : in Rhodo tres quondam erant, Lindos, Camiros, Ialysos. Quæ contra Tauri promontorium importune navigantibus objacent, Chelidoniæ nominantur. In sinu, quem maximum Asia recipit prope media, Cypros, ad ortum occasumque se immittens, recto jugo inter Ciliciam Syriamque porrigitur; ingens, ut quæ aliquando novem regna ceperit, et nunc aliquot urbes ferat, quarum clarissimæ Salamis et Paphos, et quo primum ex mari Venerem egressam accolæ affirmant, Palæpaphos. Arados in Phœnice est, parva, et quantum patet, tota oppidum : frequens tamen, quia etiam super aliena tecta

entre les bouches de l'Ister : la plus connue et la plus grande est Peucé. Tout près du pays des Mariandyns, l'île de Thynias possède une ville qu'on appelle Bithynis, parce qu'elle est habitée par des Bithyniens. En face du Bosphore de Thrace on en voit deux petites, séparées par un étroit intervalle, et qu'on appelle Cyanées et Symplégades; on a cru et dit autrefois qu'elles étaient mobiles et se rapprochaient l'une de l'autre. Dans la Propontide, l'île de Proconnèse est seule habitée. Au delà de l'Hellespont, parmi celles qui bordent les côtes de l'Asie, les plus célèbres sont Ténédos, en face des rivages Sigéens, et vis-à-vis du promontoire du Taurus, celles qu'on voit rangées dans l'ordre où je vais les nommer, et qui, dit-on, s'appelaient autrefois Μακάρων [*des Bienheureux*], soit à cause de l'heureuse nature du climat et du sol, soit pour avoir été gouvernées par Macar et ses descendants. Telles sont Lesbos, en face de la Troade (on y comptait autrefois cinq petites villes, Antissa, Pyrrha, Érèse, Méthymne et Mytilène); Chios et Samos, en face de l'Ionie; Cos, en face de la Carie; Rhodes, en face de la Lycie. Ces îles ont chacune une ville de leur nom; Rhodes en comptait anciennement trois, Lindos, Camiros et Ialysos. On appelle Chélidoniennes, celles qui font face au promontoire du Taurus, et dont l'approche est si dangereuse aux navigateurs. Dans le vaste golfe qui baigne à peu près le milieu de la côte asiatique, est Cypre, qui s'étend d'orient en occident, et s'avance en droite ligne entre la Cilicie et la Syrie : c'est une grande île qui fut autrefois le siége de neuf royaumes, et qui aujourd'hui renferme quelques villes, dont les plus célèbres sont Salamis, Paphos et Palæpaphos, qui, suivant la tradition du pays, reçut d'abord Vénus sortant du sein des flots. Près de la Phénicie est Arados, île peu considérable, qui n'est guère, dans toute son étendue, qu'une petite ville; elle est cependant très-peuplée, parce qu'on y peut bâtir

sedem ponere licet. Parva et Canopos, Nili ostio, quod Canopicum vocant, obvia est. Menelai gubernator Canopus, ibi forte moriens, nomen insulæ, illa ostio dedit. Pharos nunc Alexandriæ ponte conjungitur, olim (ut Homerico carmine proditum est) ab eisdem oris cursu diei totius abducta : et, si ita res fuit, videri potest conjectantibus in tantum mutatæ causas Nilum præbuisse, dum limum subinde, et præcipue quum exundaret, litori annectens, auget terras, spatiumque augescentium in vicina vada promovet. In Africa contra majorem Syrtim Euteletos : contra minoris promontoria, Meninx et Cercinna : contra Carthaginis sinum, Tarichiæ et Ægates, Romana clade memorabiles. Plures Europæ litoribus sunt appositæ : in Ægæo mari prope Thraciam Thasos, Imbros, Samothrace, Scandile, Polyægos, Sciathos, Halonesos; et, quam aliquando, omnibus, qui mares erant, cæsis, tantum feminæ tenuisse dicuntur, Atho monti Lemnos adversa. Pagasæus sinus Scyron prospicit, Cicynethon amplectitur. Eubœa ad meridiem promontorium Geræston et Capharea, ad septentrionem Cenæum extrudit, et nusquam lata, duum millium spatium habet, ubi arctissima est : ceterum longa, totique Bœotiæ apposita, angusto freto distat a litore. Euripon vocant, rapidum mare, et alterno cursu, septies die ac septies nocte fluctibus in vicem versis, adeo immodice fluens, ut ventos etiam ac plena ventis navigia frustretur. Aliquot in ea sunt oppida, Styra, Eretria, Pyrrha, Nesos,

des maisons les unes au-dessus des autres. Canope, en face de l'embouchure du Nil qu'on appelle Canopique, est également peu étendue : elle est ainsi nommée d'un certain Canope, pilote de Ménélas, qui, étant mort dans cette île, lui laissa son nom; et l'île, à son tour, le donna à la bouche du fleuve. Pharos, qui aujourd'hui tient à Alexandrie par un pont, en était autrefois éloignée, suivant Homère, de toute une journée de navigation. Or, si le poëte a dit vrai, on peut attribuer cet accroissement du rivage au limon que roule le Nil, surtout dans ses débordements. Au voisinage de l'Afrique, vis-à-vis de la grande Syrte, est Euteletos; en face des promontoires de la petite Syrte, sont Meninx et Cercinne. Du golfe de Carthage, on aperçoit les Tarichies et les Ægates : celles-ci sont fameuses par la victoire que les Romains y remportèrent sur les Carthaginois. Les rivages de l'Europe sont bordés d'une grande quantité d'îles. Dans la mer Égée, près de la Thrace, sont Thasos, Imbros, Samothrace, Scandile, Polyægos, Sciathos, Halonèse, et Lemnos, située en face du mont Athos. On dit qu'autrefois les femmes de Lemnos, après avoir tué tous les hommes, restèrent seules en possession de cette île. Scyros et Cinynethos sont situées, l'une au devant et l'autre dans l'intérieur du golfe Pagaséen. L'Eubée se termine au midi par les promontoires Geræstos et Capharée, au nord par le Cenæum; elle est partout peu large, et même, en un certain endroit, sa largeur se réduit à deux mille pas; mais elle est longue et correspond à toute l'étendue de la Béotie, dont elle n'est séparée que par un petit détroit, qu'on appelle Euripe. Cette mer, dont les eaux sont très-tumultueuses, éprouve sept fois le jour et sept fois la nuit des mouvements alternatifs, qui la portent tantôt d'un côté, tantôt d'un autre, avec une telle impétuosité, qu'elle repousse les vents contraires et les vaisseaux qui viennent à pleines voiles. L'Eubée renferme quelques villes, Styra,

Œchalia : verum opulentissimæ Carystos et Chalcis. In Atthide Helene est, nota stupro Helenæ, et Salamis, excidio classis Persicæ notior : circa Peloponneson etiam nunc in Ægæo Pityusa, et Ægina Epidaurico litori proxima, Trœzenio Calauria [36], inter ignobiles alias leto Demosthenis nobilis : in Myrtoo Cythera contra Malean, Œnussa et Theganusa contra Acritan : in Ionio Prote, Asteria, Cephalenia, Neritos, Same, Zacynthos, Dulichium; et inter non ignobiles, Ulixis nomine Ithaca maxime illustris : in Epiro Echinades, et olim Plotæ, nunc Strophades : contra Ambracium sinum Leucadia, et vicina Adriatico mari Corcyra.

Hæ Thracum Graiorumque terris objacent. At interius Melos, Olearos, Ægilia, Cothon, Ios, Thia, Thera, Gyaros, Hippuris, Dionysia, Cythnos, Chalcia, Icaria, Cinara, Nisyros, Lebinthos, Calymnia, Syme. Hæ, quia dispersæ sunt, Sporades. Ab eis Sicinos, Siphnos, Seriphos, Rhenea, Paros [37], Myconos, Syros, Tenos, Naxos, Delos [38], Andros, quia in orbem jacent, Cyclades dictæ. Super eas jam in medio mari, ingens et centum quondam urbibus habitata Crete, ad orientem promontorium Samonium, ad occidentem Κριοῦ μέτωπον immittit; nisi major esset, Cypri similis : multis famigerata fabulis, adventu Europæ, Pasiphaes et Ariadnæ amoribus, Minotauri feritate fatoque, Dædali operibus et fuga, Tali statione atque morte; maxime tamen eo, quod ibi sepulti



Érétrie, Pyrrha, Nesos, Œchalie; mais les plus florissantes sont Carystos et Chalcis. Dans l'Atthide est Hélène, témoin de l'adultère d'Hélène, et Salamine, plus connue par la défaite des Perses. Au voisinage du Péloponnèse, et toujours dans la mer Égée, sont Pityuse, Ægine, près du rivage d'Épidaure, et Calaurie, près de Trézène, île qui se distingue de quelques autres îles obscures, par la fin tragique de Démosthène. Dans la mer de Myrtos, Cythère s'élève en face du cap Malée, Œnussa et Théganuse en face du promontoire Acritas. Dans la mer Ionienne, on rencontre Proté, Astérie, Céphalénie, Neritos, Samé, Zacynthe, Dulichium; et, parmi d'autres îles qu'on pourrait citer encore, Ithaque, que le nom d'Ulysse a rendue à jamais célèbre. Viennent ensuite, près de l'Épire, les Échinades et les Strophades, autrefois appelées Plotes; en face du golfe Ambracien, Leucadie, et près de la mer Adriatique, Corcyre.

Toutes ces îles avoisinent les côtes de la Thrace et de la Grèce. Dans l'intérieur des mers, on rencontre Melos, Ægilie, Cothon, Ios, Thia, Thera, Gyaros, Hippuris, Dionysie, Cythnos, Chalcie, Icarie, Cinara, Nisyros, Lébinthe, Calymnie, Symé. Comme elles sont dispersées çà et là, on les appelle Sporades. Viennent ensuite Sicinos, Siphnos, Seriphos, Rhenea, Paros, Mycone, Syros, Tenos, Naxos, Delos, Andros, qu'on appelle toutes ensemble Cyclades, parce qu'elles forment un cercle. Plus loin, en pleine mer, on aperçoit la grande île de Crète, où l'on comptait autrefois cent villes. Elle est terminée à l'orient par le promontoire Samonium, et à l'occident par le promontoire Κριοῦ μέτωπον [*Front de bélier*], et ressemble à l'île de Cypre, si ce n'est qu'elle est plus grande. Elle est célèbre, dans la fable, par l'arrivée d'Europe, par les amours de Pasiphaé et d'Ariadne, par la férocité et la destruction du Minotaure, par les ouvrages et la fuite de Dédale, par la surveillance et la

Jovis pæne clarum vestigium, sepulcrum est, cui nomen ejus insculptum esse accolæ ostendunt. Urbium notissimæ, Gnosos, Gortyna, Lyctos, Lycastos, Holopyxos, Therapnæ, Cydonea, Marathusa, Dictynna. Inter colles, quod ibi nutritum Jovem accepimus, fama Idæi montis excellit. Juxta est Astypalæa, Naumachos, Zephyre, Chryse, Gaudos, et quas Μουσαγόρους numero tres, uno tamen vocabulo appellant; atque, unde Carpathio mari cognomen est, Carpathos. In Adria Apsoros, Dyscelados, Absyrtis, Issa, Pityia, Hydria, Electrides, nigra Corcyra, Tragurium, Diomedia, Æstria, Sason, atque, ut Alexandriæ, ita Brundusio adjacens Pharos.

Sicilia[39], ut ferunt, aliquando continens, et agro Bruttio annexa, post freto maris Siculi abscissa est. Id angustum et anceps alterno cursu modo in Tuscum, modo in Ionium pelagus perfluit, atrox, sævum, et Scyllæ Charybdisque sævis nominibus inclytum. Scylla saxum est, Charybdis mare, utrumque noxium appulsis. Ipsa ingens et tribus promontoriis in diversa procurrens, Græcæ litteræ imaginem, quæ delta dicitur, efficit. Pachynum vocatur, quod Græciam spectat; Lilybæum, quod Africam: Peloris, quod in Italiam vergens Scyllæ adversum est. Causa nominis Pelorus gubernator, ab Hannibale ibidem conditus; quem idem vir profugus ex Africa, ac per ea loca Syriam petens, quia procul intuenti videbantur continua esse litora, et non pervium



mort de Talus; mais ce qui la rend plus fameuse encore, c'est un tombeau sur lequel les habitants font remarquer le nom de Jupiter, ce qui prouverait en quelque sorte que c'est là le lieu de sa sépulture. Les villes les plus connues de la Crète sont Gnosos, Gortyne, Lyctos, Lycastos, Holopyxos, Thérapnes, Cydonée, Marathuse, Dictynne. Parmi ses montagnes, nulle n'est aussi renommée que l'Ida, parce que, suivant la tradition, Jupiter y fut élevé. Dans le voisinage de la Crète, on rencontre Astypalée, Naumachos, Zéphyré, Chrysé, Gaudos, les Musagores, qui, quoiqu'au nombre de trois, portent cependant le même nom, et Carpathos, qui donne le sien à la mer Carpathienne. La mer Adriatique renferme Apsoros, Dyscelados, Absyrtis, Issa, Pityia, Hydria, Électrides, Corcyre la Noire, Tragurium, Diomédie, Æstrie, Sason, et Pharos, aussi voisine de Brundusium que l'autre l'est d'Alexandrie.


La Sicile, à ce qu'on dit, faisait autrefois partie du continent, et tenait au Bruttium, dont elle fut séparée par un détroit que forme en ce lieu la mer de Sicile. Ce détroit, qui a peu de largeur, éprouve des mouvements alternatifs, qui portent ses flots tantôt vers la mer Tusque, tantôt vers la mer Ionienne; il est partout difficile, dangereux, et fameux par les noms terribles de Scylla et de Charybde. Scylla est un rocher, Charybde un tourbillon, tous deux également redoutables pour les navigateurs. Quant à la Sicile, c'est une île d'une grande étendue, et à laquelle trois côtés différents, terminés chacun par un promontoire, donnent la forme de la lettre grecque appelée delta. Le promontoire qui regarde la Grèce se nomme Pachynum; celui qui regarde l'Afrique, Lilybée, et celui qui, du côté de l'Italie, fait face au rocher de Scylla, Peloris. Ce dernier tient son nom d'un pilote nommé Pelorus, à qui Annibal éleva un tombeau sur cette pointe de terre, dans le temps où il fuyait

pelagus, proditum se arbitratus occiderat. Ab eo ad Pachynum ora, quæ extenditur, Ionium mare attingens, hæc fert illustria, Messanam, Tauromenium, Catinam, Megarida, Syracusas, et in iis mirabilem Arethusam. Fons est, in quo visuntur jacta in Alpheum amnem, ut diximus, Peloponnesiaco litori infusum : unde ille creditur non se consociare pelago, sed subter maria terrasque depressus, huc agere alveum, atque hic se rursus extollere. Inter Pachynum et Lilybæum Acragas est, et Heraclea, et Thermæ : inter Lilybæum et Pelorida Panormus, et Himera : interius vero Leontini, et Centuripinum, et Hybla, aliæque complures : famam habet ob Cereris templum Enna. Præcipui montium : Eryx, maxime memoratus ob delubrum Veneris ab Ænea conditum; et Ætna, quæ Cyclopas olim tulit, nunc assiduis ignibus flagrat. De amnibus Himera referendus, quia in media admodum ortus, in diversa decurrit, scindensque eam utrinque, alio ore in Libycum, alio in Tuscum mare devenit. Circa Siciliam in Siculo freto est Ææe, quam Calypso habitasse dicitur; Africam versus Gaulos, Melita, Cossura; propius Italiam Galata, et illæ septem, quas Æoli appellant, Osteodes, Lipara, Heraclea, Didyme, Phœnicusa, ac, sicut Ætna, perpetuo flagrantes igne Hiera et Strongyle. Sed Pithecusa, Leucothea, Ænaria, Phitonia, Capreæ, Prochyta, Pontiæ, Pandateria, Sinonia, Palmaria, Italico lateri citra Tiberina ostia objacent. Ultra aliquot sunt parvæ, Dianium, Igi-

d'Afrique en Syrie. Annibal, engagé dans ce détroit dont il n'avait pu de loin apercevoir l'issue, et se croyant trahi par son pilote, l'avait tué dans un mouvement de colère. Sur cette côte de la Sicile, du cap Peloris au cap Pachynum, on rencontre des villes illustres, Messane, Tauromenium, Catine, Mégaride, Syracuse, et dans cette dernière ville la merveilleuse Aréthuse. C'est une fontaine où l'on voit reparaître tout ce qu'on jette dans l'Alphée, qui, comme je l'ai dit, a son embouchure au rivage du Péloponnèse : ce qui a fait croire que ce fleuve, au lieu de se perdre dans la mer, y continue son cours, et pénètre dans la Sicile par un lit souterrain, pour venir se mêler à la fontaine Aréthuse. Entre le Pachynum et le Lilybée, sont Acragas, Héraclée et Thermes; entre le Lilybée et le Peloris, Panorme et Himère. Dans l'intérieur de l'île, sont Leontini, Centuripinum, Hybla, et plusieurs autres villes, parmi lesquelles Enna est célèbre par son temple de Cérès. Ses principales montagnes sont l'Éryx, fameux par un temple qu'y bâtit Énée en l'honneur de Vénus, et l'Etna, ancien séjour des Cyclopes, qui vomit aujourd'hui des feux continuels. Parmi ses fleuves, il faut citer l'Himère, qui a cela de particulier, que, prenant sa source au centre même de l'île, il coule de là dans deux directions opposées, et divisant la Sicile en deux parties, va se jeter dans la mer Libyque par une embouchure, et dans la mer Tusque par une autre. Dans les environs de la Sicile on rencontre quelques autres îles : telles sont, dans le détroit, Ææé, qui fut, dit-on, habitée par Calypso; du côté de l'Afrique, Gaulos, Melite, Cossure; du côté de l'Italie, Galata, et ces sept îles qu'on appelle Éoliennes, savoir : Ostéodes, Lipara, Héraclée, Didymé, Phœnicuse, Hière et Strongylé. Ces deux dernières sont toujours en feu, comme l'Etna. Près de la côte d'Italie, jusqu'à l'embouchure du Tibre, on rencontre Pithécuse, Leucothée, Ænarie, Phitonie, Caprées, Prochyta,

lium, Carbania, Urgo, Ilva, Capraria: duæ grandes, fretoque divisæ, Corsica et Sardinia; quarum Corsica Etrusco litori propior, intra latera tenuis et longa, præterquam ubi Aleria et Mariana coloniæ sunt, a barbaris colitur: Sardinia Africum pelagus attingens, nisi quod in occidentem quam in orientem angustius spectat, par et quadrata undique, et nusquam non aliquanto spatiosior, quam ubi longissima est Corsica; ceterum fertilis, et soli quam cœli melioris, atque ut fecunda, ita pæne pestilens. In ea antiquissimi populorum sunt Ilienses: urbium antiquissimæ Calaris et Sulci.

At in Gallia, quas referre conveniat, solæ sunt Stœchades, ab ora Ligurum ad Massiliam usque dispersæ. Baleares in Hispania, contra Tarraconensia litora sitæ, non longe inter se distant, et ex spatio suo cognominibus acceptis, majores minoresque perhibentur. Castella sunt in minoribus, Iamno et Mago; in majoribus, Palma et Pollentia coloniæ. Ebusos e regione promontorii, quod in Sucronensi sinu Ferrariam vocant, eodem nomine urbem habet; frumentis tantum non fecunda, at alia largior, et omnium animalium, quæ nocent, adeo expers, ut nec ea quidem, quæ de agrestibus mitia sunt, aut generet, aut, si invecta sunt, sustineat. Contra est Colubraria, cujus meminisse succurrit, quod, quum scateat multo ac malefico genere serpentium, et sit ideo inhabitabilis, tamen ingressis eam, intra id spatium quod Ebusitana humo circumsi-




Ponties, Pandaterie, Sinonie, Palmarie. Au delà de l'embouchure du Tibre, on en trouve encore quelques petites : Dianium, Igilium, Carbanie, Urgo, Ilva, Caprarie; deux grandes qui sont séparées par un détroit, la Corse et la Sardaigne. La Corse, plus voisine du rivage étrusque, est étroite et longue, et partout habitée par des barbares, à l'exception des colonies d'Alérie et de Mariana. Quant à la Sardaigne, elle touche à la mer d'Afrique, et formerait un carré parfait, si celui de ses côtés qui regarde l'occident n'était plus court que celui qui regarde l'orient. Elle est partout un peu plus large que la Corse, même considérée dans sa plus grande largeur. Elle est fertile; mais son sol vaut mieux que son climat, qui est presque aussi pestilentiel que la terre est féconde. Ses plus anciens habitants sont les Iliens, et ses plus anciennes villes, Calaris et Sulci.

Près de la Gaule, on ne peut guère nommer que les Stœchades, qui sont dispersées çà et là, depuis la côte de la Ligurie jusqu'à Massilie. Les îles Baléares, situées en face de l'Hispanie Tarraconaise, sont à peu de distance l'une de l'autre, et ont reçu de leur étendue comparée les surnoms de Grande et de Petite. Dans la petite, sont les forts Iamnon et Magon; dans la grande, les colonies de Palma et de Pollentia. L'île Ebusos, en face du promontoire Ferraria, qui domine le golfe Sucronien, possède une ville de son nom. Elle est peu fertile en blé, mais elle est plus abondante en d'autres genres de fruits. Les animaux malfaisants y sont inconnus, même ceux qu'on peut apprivoiser; car non-seulement elle n'en produit aucun, mais ceux qu'on y transporte d'ailleurs n'y vivent pas. En face d'Ebusos est Colubraria, remplie de toutes sortes de serpents dangereux qui la rendent inhabitable, île dont Ebusos me rappelle le souvenir; car il y a, pour ceux qui veulent y descendre, un moyen de se préserver de toute attaque, c'est de former autour d'eux

gnaverunt, sine pernicie et rata est; iisdem illis serpentibus, qui solent obvios appetere, aspectum ejus pulveris, aliud velut virus, procul et cum pavore fugientibus.

une enceinte avec de la terre d'Ebusos; car alors ces reptiles, toujurs prêts à s'élancer sur ceux qu'ils rencontrent, s'enfuient épouvantés à l'aspect de cette terre, qu'ils redoutent comme un poison.

NOTES

DU LIVRE DEUXIÈME.

1. — *Dicti Hamaxobiæ*. Ce surnom est composé de deux mots grecs, ἅμαξα, *char*, et βίος, *vie*.

2. — *Tauri, Iphigeniæ et Orestis adventu maxime memorati*. Au moment où Calchas allait sacrifier Iphigénie, Diane l'enleva miraculeusement et la transporta dans la Chersonèse Taurique, où Thoas, roi de cette contrée, la fit prêtresse du temple consacré à cette déesse. De son côté, Oreste, après le meurtre de sa mère, contraint par les Furies d'errer de pays en pays, arriva dans la Tauride. L'usage était de sacrifier à Diane tous les étrangers que leur mauvais génie amenait dans cette contrée; mais Iphigénie reconnut Oreste dans l'instant qu'elle allait l'immoler, et le délivra aussi bien que son ami Pylade. Ils s'enfuirent tous trois après avoir tué Thoas, et emportèrent la statue de Diane, qu'ils consacrèrent dans le temple d'Aricie.

3. — *Hæmon*. Les fraîches vallées de l'Hémus étaient un des lieux où l'imagination de Virgile aimait à se transporter :

.... O, ubi campi,
Spercheosque, et virginibus bacchata Lacænis
Taygeta! O, qui me gelidis in vallibus Hæmi
Sistat, et ingenti ramorum protegat umbra!
(*Georg.* lib. II, v. 486.)

4. — *Tomæ*. Pline l'appelle *Tomos*, et plusieurs autres *Tomi*. C'est dans cette ville qu'Ovide fut exilé et mourut. Suivant ce poëte, le nom de *Tomos* vient de ce que c'est dans ce lieu que Médée déchira le corps de son frère Absyrthe, et sema ses membres palpitants sur le chemin de son père :

Inde Tomis dictus locus hic, quia fertur in illo
Membra soror fratris consecuisse sui.
(*Trist.* lib. III, eleg. 9.)

5. — *Abydo objacens Sestos, Leandri amore pernobilis.* — *Voyez*, p. 77, la note 25 du livre 1er.

6. — *Philippi, Apollonia, Amphipolis.* Il y avait, dans la Thessalie, une autre ville du nom de Philippes, *Philippi*; mais c'est dans le voisinage de celle dont parle ici Mela que fut livrée la bataille qui anéantit, avec Brutus et Cassius, les derniers restes du parti républicain.

7. — *Pelle.* On dit plus communément *Pella*. Cette ville fut, comme le dit Mela, la patrie d'Alexandre. De là le surnom de *Pellæus* donné à ce prince par les poëtes :

> Unus Pellæo juveni non sufficit orbis.
>
> (Juven., sat. X, v. 168.)

8. — *Pieria.* Cette contrée fut ainsi nommée du mont Pierus, qui la domine. C'est là, suivant la fable, que la déesse Mnémosyne accoucha des neuf Muses, qu'elle avait conçues de ses amours avec Jupiter.

9. — *Libethra.* Cette fontaine était consacrée à des Nymphes, qui, par cette raison, étaient surnommées Libéthrides :

> Nymphæ, noster amor, Libe hrides, aut mihi carmen
> Quale meo Codro, concedite.....
>
> (Virg., *Bucol.* egl. VII, v. 21.)

10. — *Athenæ.* Athènes était située entre les deux ruisseaux du Cephissus et de l'Ilissus, à peu de distance du golfe Saronique, sur lequel elle avait trois ports, dont le Pirée était le principal. Elle fut saccagée et brûlée par l'armée de Xerxès. Après la guerre médique, Athènes sortit avec éclat de ses ruines, grâce aux soins de Thémistocle, qui en fit relever les murailles, et de Périclès, qui fit élever sur l'Acropolis le magnifique temple de Minerve ou du Parthénon. Hors d'Athènes étaient les jardins de l'Académie, du Cynosarge et du Lycée, destinés aux exercices des jeunes gens ou à la promenade.

11. — *Pisæ.* Cette ville, ayant donné du secours aux Messéniens, dans leur troisième guerre contre Sparte, fut, à l'instigation de cette dernière, détruite par les habitants d'Élis, sa rivale dans l'Élide. Elle était voisine d'Olympie, dont le territoire était consacré à Jupiter Olympien, qui y avait un temple magnifique, avec une statue de soixante pieds, chef-d'œuvre de Phidias. C'était là que se célébraient, tous les quatre ans, les jeux Olympiques. Les

habitants d'Élis avaient seuls le droit de présider à cette solennité.

12. — *Flumina Erymanthus et Ladon.* L'Érymanthe prenait sa source dans une montagne du même nom, célèbre dans l'histoire d'Hercule, qui y tua un énorme sanglier. La fable place sur les bords du Ladon la métamorphose de Daphné; elle suppose encore que ce fut d'un des roseaux de ce fleuve que Pan se servit pour faire sa flûte à sept tuyaux.

13. — *Ille urbem Pagasam amplexus.* Pagase servait anciennement de port à la ville de Phères, dont elle était éloignée de quatre-vingt-dix stades. Les Argonautes s'embarquèrent dans ce port pour aller à la conquête de la Toison d'or :

> Namque ferunt olim Pagasæ navalibus Argo
> Egressam longe Phasidos isse viam.
> (Propert., lib. I, eleg. 20, v. 17.)

14. — *Corinthos.* Cette ville, d'abord nommée *Éphyre*, fut fondée par une sœur d'Inachus. De la montagne élevée sur laquelle était placée sa citadelle Acro-Corinthos, sortait la fontaine de *Pirène*, consacrée aux Muses. L'isthme sur lequel elle était située fut aussi le lieu de réunion de l'une des Amphictyonies Helléniques, et devint fameux par les *jeux Isthmiques*, qui s'y célébraient tous les quatre ans, en l'honneur de Neptune.

15. — *Danubius, qui jam dictus est Ister.* Le Danube ou l'Ister passait faussement, dans l'opinion des anciens géographes, pour se diviser en deux bras, dont l'un s'écoulait dans le Pont-Euxin, et l'autre dans la mer Adriatique. C'est sans doute le nom du pays, *Istria*, qui a donné lieu à cette erreur.

16. — *Patavium.* Patavium (aujourd'hui *Padoue*) fut la patrie de l'historien Tite-Live. Virgile (*Én.*, liv. I, v. 247) attribue, comme Mela, sa fondation au Troyen Anténor :

> Hic tamen ille urbem Patavi sedesque locavit
> Teucrorum......

17. — *Superna late occupat litora Padus.* L'Italie n'a qu'un grand fleuve, c'est le Pô. Ce fleuve, dont les alluvions continuelles ont fait varier bien souvent les nombreuses embouchures, était nommé par les Ligures, habitants de ses bords, *Bodincus*, nom qui, dans leur langue, signifiait *sans fond*.

18. — *Ravenna.* Quoique soumise aux Romains, cette ville se

gouvernait par ses propres lois. Elle fut successivement occupée par les Hérules et les Goths, jusqu'au temps où les empereurs Justinien et Justin la reprirent sur les barbares, et y établirent un gouverneur sous le titre d'exarque. Pépin s'en empara sur les Lombards et la donna aux papes.

19. — *Etiam in Calabria Brundusium.* C'est à *Brundusium* (Brindes) que mourut Virgile. Le poëte Pacuvius était originaire de la même ville.

20. — *Palinurus, olim Phrygii gubernatoris.* Virgile raconte fort au long l'aventure de ce pilote, à qui Énée fit ériger un tombeau :

Et statuent tumulum, et tumulo sollemnia mittent
Æternumque locus Palinuri nomen habebit.
(*Æneidos* lib. VI, v. 379.)

21. — *Pæstum oppidum.* Elle était renommée par les belles roses qui fleurissaient dans les environs deux fois l'année :

.... Biferique rosaria Pæsti.
(Virg., *Georg.* lib. IV, v. 119.)

22. — *Baiæ.* Cette ville était renommée par ses eaux thermales et par la beauté de son territoire :

Baias superbæ blanda dona naturæ.
(Mart., lib. XI, epigr. 80.)

23. — *Misenum.*

At pius Æneas ingenti mole sepulcrum
Imponit, suaque arma viro, remumque, tubamque,
Monte sub aerio : qui nunc Misenus ab illo
Dicitur, æternumque tenet per sæcula nomen.
(Virg., *Æneidos* lib. VI, v. 232.)

24. — *Cumæ.* Cette ville, fondée, vers l'an 1130 avant J.-C., par une colonie ionienne venue de l'Eubée, était renommée pour avoir été le séjour d'une sibylle dont les prédictions furent soigneusement recueillies par les Romains et consultées par eux avec autant de confiance que l'oracle de Delphes l'était par les Grecs.

25. — *Arecomicorum Nemausus.* Nemausus (aujourd'hui *Nîmes*) est, après Marseille, une des plus anciennes villes de la Gaule. Elle conserve encore des restes considérables de son ancienne magnificence. Son amphitéâtre, appelé dans les écrits du moyen

âge *Castrum* ou *Claustra arenarum*, est un des plus entiers qui subsistent.

26. — *Tolosa Tectosagum*. Tolosa (aujourd'hui *Toulouse*) était aussi appelée *Palladia*, surnom qu'elle devait, sans doute, à son goût pour les lettres, comme paraît l'indiquer ce vers d'Ausone :

Te sibi Palladiæ antetulit toga docta Tolosæ.

27. — *Martius Narbo*. Narbonne fut une des plus florissantes et des plus fortes villes de la Gaule Narbonnaise. Sidoine Apollinaire en a fait un brillant éloge dans une des vingt-quatre pièces de poésie qui nous restent de lui :

Salve Narbo potens, celeberrime,
Urbe et rure simul bonus videri,
Muris, civibus, ambitu, tabernis,
Portis, porticibus, foro, theatro,
Delubris, capitoliis, monetis,
Thermis, arcubus, horreis, macellis,
Pratis, fontibus, insulis, salinis,
Stagnis, flumine, merce, ponte, ponto.

28. — *Massilia*. Massilie ou *Marseille* fut fondée, vers l'an 600 avant J.-C., par une colonie venue de Phocée. Devenue riche et puissante par son commerce, elle fut à son tour mère d'un assez grand nombre de colonies répandues sur toute la côte qui s'étend depuis l'endroit où les Alpes viennent se perdre dans la mer, à l'est, jusqu'à l'embouchure de l'Èbre, à l'ouest. Elle fut la patrie de plusieurs hommes célèbres, parmi lesquels on distingue surtout Pythéas, Euthymène et Pétrone.

29. — *Numantia*. La ruine de cette ville, la plus illustre de l'Espagne intérieure, fit presque autant d'honneur au second Scipion l'Africain que celle de Carthage elle-même.

30. — *Corduba*. Cordoue fut fondée par les Romains, et devint si considérable, que Strabon la compare à Gadès pour le commerce. Elle fut la patrie de Sénèque et de Lucain. Dans le moyen âge, elle devint la résidence des grands émirs des Mores qui avaient conquis l'Espagne sur les Goths.

31. — *Saguntum*. Sagonte est célèbre par sa fidélité aux Romains, et par la résistance opiniâtre de ses habitants, qui se brûlèrent avec leurs effets les plus précieux plutôt que de se rendre à Annibal. Sa destruction fut la cause de la seconde guerre punique.

32. — *Præter Carthaginem.* Cette ville (aujourd'hui *Carthagène*) fut fondée par Asdrubal, gendre d'Amilcar Barca, entre la mer et un étang qui y communique par un canal. L'avantage de sa situation, la commodité de son port, et de riches mines d'argent qui se trouvaient dans son voisinage, rendirent cette ville une des plus considérables de l'empire carthaginois. Scipion l'Africain s'en empara, l'an 210 avant J.-C., en y faisant pénétrer ses soldats par l'étang qui en entourait une partie.

33. — *Tenedos.* Rien n'a plus contribué à rendre célèbre le nom de cette île, que ces vers de Virgile :

Est in conspectu Tenedos, notissima fama
Insula, dives opum, Priami dum regna manebant.
(*Æneidos* lib. II, v. 21.)

34. — *Lesbos.* Cette île fut la patrie de Pittacus, d'Arion, de Terpandre, d'Alcée et de Sapho.

35. — *Cos.* Cette île fut également la patrie de plusieurs hommes célèbres, d'Hippocrate, entre autres, et d'Apelles.

36. — *Calauria.* C'est dans cette île que Démosthène termina ses jours par le poison pour ne pas tomber entre les mains d'Antipater.

37. — *Paros.* Cette île produisait un marbre d'une blancheur extraordinaire. De là vient que Virgile (*Én.*, liv. III, v. 126) et Ovide (*Métam.*, liv. VII, v. 466) lui ont donné les épithètes de *nivea* et de *marmorea*.

38. — *Delos.*

Delos, jam stabili revincta terra,
Olim purpureo mari natabat,
Et moto levis hinc inde vento
Ibat fluctibus inquieta summis.
Mox illam geminis deus catenis,
Hac alta Gyaro ligavit, illac
Constanti Myconæ dedit tenendam.
(Petron. Arbiter, fragm. *Satyr.*)

39. — *Sicilia.*

Hæc loca, vi quondam et vasta convulsa ruina
(Tantum ævi longinqua valet mutare vetustas!)
Dissiluisse ferunt. Quum protinus utraque tellus
Una foret : venit medio vi pontus, et undis
Hesperium Siculo latus abscidit, arvaque et urbes,
Litore diductas, angusto interluit æstu.
(Virg., *Æneidos* lib. III, v. 414.)

DE

SITU ORBIS

LIBER TERTIUS.

I. Hispaniæ ora exterior.

Dicta est ora nostri maris; dictæ insulæ, quas amplectitur : restat ille circuitus, quem, ut initio diximus, cingit Oceanus; ingens infinitumque pelagus, et magnis æstibus concitum (ita enim motus ejus appellant) modo inundat campos, modo late nudat ac refugit, non alios aliosque invicem, neque alternis accessibus nunc in hos, nunc in illos toto impetu versum : sed ubi in omnia litora, quamvis diversa sint, terrarum insularumque ex medio pariter effusus est, rursus ab illis colligitur in medium, et in semetipsum redit; tanta vi semper immissum, ut vasta etiam flumina retroagat, et aut terrestria deprehendat animalia, aut marina destituat. Neque adhuc satis cognitum est, anhelitune suo id mundus efficiat, retractamque cum spiritu regerat undam undique, si, ut doctioribus placet, unum animal est : an sint depressi aliqui specus, quo reciprocata maria residant, atque unde se rursus exuberantia attollant : an

DESCRIPTION

DE LA TERRE

LIVRE TROISIÈME.

I. Côte extérieure de l'Hispanie.

J'AI passé en revue les côtes de notre mer et les îles qu'elle renferme : il me reste maintenant à décrire cette circonférence extérieure que l'Océan baigne de toutes parts, comme je l'ai dit en commençant. L'Océan est une mer immense, infinie, et sujette à deux grands mouvements alternatifs, qu'on appelle flux et reflux, par suite desquels tantôt elle inonde ses rivages, tantôt elle les fuit et les laisse à sec jusqu'à une grande distance ; et ces mouvements ne sont pas partiels, c'est-à-dire qu'ils n'ont pas lieu successivement tantôt sur un rivage, tantôt sur un autre; mais ils se font sentir en même temps sur toutes les côtes, quelque opposées qu'elles soient, des continents et des îles, soit dans le flux, soit dans le reflux, et avec une telle force, qu'elle refoule dans leur lit les fleuves les plus considérables, et qu'elle entraîne avec elle des animaux terrestres, ou jette sur le rivage des animaux marins. On ne sait guère encore si c'est le monde qui, étant animé, comme le supposent certains philosophes, attire et repousse les eaux de toutes parts par une sorte d'aspiration et d'expiration, ou s'il existe au fond de l'Océan quelques grandes cavernes qui les absorbent et les rejettent alternativement, ou enfin si la lune n'est pas la cause de ce

10.

luna causas tantis meatibus præbeat. Ad ortus certe ejus occasusque variantur : neque eodem assidue tempore, sed ut illa surgit ac demergitur, ita recedere atque adventare comperimus.

Huc egressos, sequentesque ea, quæ exeuntibus dextra sunt, æquor Atlanticum et ora Bæticæ frontis excipit, quæ, nisi quod semel iterumque paululum in semet abducitur, usque ad flumen Anam pæne recta est. Turduli et Bastuli habitant. In proximo sinu portus est, quem Gaditanum, et lucus, quem Oleastrum appellant : tum castellum Ebora in litore, et procul a litore Asta colonia. Extra Junonis ara templumque est : in ipso mari munimentum Cæpionis, scopulo magis quam insulæ impositum. Bætis ex Tarraconensi regione demissus, per hanc fere mediam diu, sicut nascitur, uno amne decurrit : post, ubi non longe a mari grandem lacum fecit, quasi ex uno fonte geminus exoritur : quantusque simplici alveo venerat, tantus singulis effluit. Tum sinus alter usque ad finem provinciæ inflectitur, eumque parva oppida, Olintigi, Onoba, Læpa, contingunt. At Lusitania trans Anam, qua mare Atlanticum spectat, primum ingenti impetu in altum abit : deinde resistit, ac se magis etiam quam Bætica abducit. Qua prominet, bis in semet recepto mari, in tria promontoria dispergitur. Anæ proximum, quia lata sede procurrens, paulatim se ac sua latera fastigat, Cuneus ager dicitur : sequens, Sacrum vocant : Magnum, quod ulterius est. In Cuneo sunt,

grand ébranlement. Ce qui est certain, c'est que le flux et le reflux ne sont pas réguliers, et qu'ils suivent les différentes phases de cette planète.

En sortant du détroit, on passe dans la mer Atlantique, sur laquelle on rencontre, à droite, les côtes de la Bétique, qui, sans deux petits golfes, formeraient une ligne droite jusqu'au fleuve Anas. Elles sont habitées par les Turdules et les Bastules. Sur le premier des deux golfes est un pont appelé Gaditanus et un bois qu'on nomme Oleastrum. Plus loin, près de la mer, est le fort Ebora, et, à quelque distance du rivage, la colonie d'Asta. Au delà, sont un autel et un temple consacrés à Junon, d'où l'on aperçoit en mer la forteresse de Cæpion, assise plutôt sur un écueil que dans une île. Le Bætis, qui commence dans la Tarraconnaise, et la traverse à peu près par le milieu, coule longtemps dans un seul lit et tel qu'il est à sa naissance; mais, à peu de distance de la mer, il forme un grand lac, d'où il sort comme d'une source en se divisant en deux branches, dont chacune est aussi large que le fleuve entier l'était avant le partage. L'autre golfe s'étend jusqu'à l'extrémité de la province, et baigne les petites villes d'Olintigi, d'Onoba et de Læpa. La Lusitanie, qui commence au delà du fleuve Anas, forme d'abord une grande saillie dans la mer Atlantique; puis elle se replie sur elle-même, et s'enfuit vers l'orient encore plus loin que la Bétique. Sur cette saillie on rencontre trois promontoires et deux golfes. Le promontoire voisin du fleuve Anas s'appelle Cuneus Ager, parce que, tenant à la terre par une large base, il s'allonge et se rétrécit insensiblement en forme de coin; le suivant se nomme promontoire Sacré, et le troisième, Grand promontoire. Sur le premier sont Myrtili, Balsa, Ossonoba; sur le second, Lacobriga et le Port d'Annibal; sur le dernier, Ebora. Quant aux

Myrtili, Balsa, Ossonoba : in Sacro Lacobriga, et Portus Hannibalis : in Magno Ebora. Sinus intersunt : et est in proximo Salacia; in altero, Ulyssippo [1], et Tagi ostium, amnis gemmas aurumque generantis. Ab his promontoriis in illam partem, quæ recessit, ingens flexus aperitur; in eoque sunt Turduli veteres, Turdulorumque oppida : amnes autem, Monda in medium fere ultimi promontorii latus effluens, et radices ejusdem alluens Durius. Frons illa aliquamdiu rectam ripam habet : dein modico flexu accepto, mox paululum eminet : tum reducta iterum, iterumque recto margine jacens, ad promontorium, quod Celticum vocamus, extenditur. Totam Celtici colunt, sed a Durio ad flexum Grovii : fluuntque per eos, Avo, Celadus, Næbis, Minius, et, cui Oblivionis cognomen est, Limia. Flexus ipse Lambriacam urbem amplexus, recipit fluvios Læron et Ullam. Partem, quæ prominet, Præsamarchi habitant, perque eos Tamaris et Sars, flumina non longe orta, decurrunt : Tamaris, secundum Ebora portum; Sars, juxta turrem Augusti titulo memorabilem. Cetera super Tamarici Neriique incolunt, in eo tractu ultimi. Hactenus enim ad occidentem versa litora pertinent. Deinde ad septentriones toto latere terra convertitur a Celtico promontorio ad Scythicum usque. Perpetua ejus ora, nisi ubi modici recessus ac parva promontoria sunt, ad Cantabros pæne recta est. In ea primum Artabri sunt, etiamnum Celticæ gentis; deinde Astures. In Artabris sinus ore angusto admissum

golfes qui les séparent, l'un baigne Salacie, l'autre Ulyssippo, près de l'embouchure du Tage, fleuve qui roule de l'or et des pierres précieuses. Au delà, jusqu'à la partie de la Lusitanie la plus reculée dans les terres, commence une grande courbe, sur laquelle sont les anciens Turdules et les petites villes des Turdules; on y voit aussi les deux fleuves Monda et Durius, dont le premier se jette dans la mer à peu près au milieu du flanc septentrional du dernier promontoire, et le second a son embouchure près de sa base. Ce côté du promontoire s'étend en ligne droite jusqu'à une certaine distance, et cette ligne droite n'est interrompue que par deux petites courbures jusqu'au promontoire que nous appelons Celtique. Elle est habitée jusqu'à la première sinuosité par les Celtes, et au delà, à partir de l'embouchure du fleuve Durius, par les Groviens, dont le territoire est arrosé par l'Avon, le Celadus, le Næbis, le Minius, et le Limia, surnommé fleuve d'Oubli. L'enfoncement que forme cette sinuosité comprend la ville de Lambriaca et les embouchures du Læros et de l'Ulla. La partie saillante qui le suit est habitée par les Præsamarques, dont le pays est traversé par le Tamaris et le Sars, fleuves qui n'ont qu'un cours de peu d'étendue. Le premier se jette dans la mer près du port Ebora, et le second près d'une tour consacrée par le nom d'Auguste. Le reste de la côte est habité par les Tamariques et par les Nériens, qui sont les derniers peuples qu'on y rencontre. Car là se termine la côte qui fait face à l'occident. Celle qui suit regarde le nord dans toute sa longueur, c'est-à-dire depuis le promontoire Celtique jusqu'au promontoire Scythique. Sans quelques petits angles saillants et rentrants, elle serait à peu près droite d'un bout à l'autre jusqu'au pays des Cantabres. On y trouve d'abord les Artabres, qui appartiennent aussi à la nation celtique, et, après eux, les Astures. Les Artabres ont un golfe d'une ouverture étroite, mais d'une

mare non angusto ambitu excipiens, Adobricam urbem et quatuor amnium ostia incingit : duo, etiam inter accolentes, ignobilia sunt : per alia duo Mearus exit, et Ivia. In Asturum litore Nœga est oppidum : et tres aræ, quas Sestianas vocant, in pæne insula sedent, et sunt Augusti nomine sacræ, illustrantque terras ante ignobiles. At ab eo flumine, quod Saliam vocant, incipiunt oræ paulatim recedere, et latæ adhuc Hispaniæ magis magisque spatia contrahere, usque adeo semet terris angustantibus, ut earum spatium inter duo maria dimidio minus sit, qua Galliam tangunt, quam ubi ad occidentem litus exporrigunt. Tractum Cantabri et Varduli tenent. Cantabrorum aliquot populi amnesque sunt, sed quorum nomina nostro ore concipi nequeant. Per Concanos et Salenos Saunium, per Autrigones et Origenomescos Nanasa descendit : Deva Tritium Tobolicum cingit, et Decium Aturia, et Œasonem Magrada. Varduli, una gens, hinc ad Pyrenæi jugi promontorium pertinens, claudit Hispanias.

II. Galliæ ora exterior.

Sequitur Galliæ latus alterum, cujus ora primo nihil progressa in altum, mox tantumdem pæne in pelagus excedens, quantum retro Hispania abscesserat, Cantabricis fit adversa terris, et grandi circuitu amflexa, ad occidentem litus advertit. Tunc ad septentriones conversa, iterum longo rectoque tractu ad ripas Rheni amnis

large enceinte, sur lequel on voit la ville d'Adobrica, et quatre embouchures de fleuves, dont deux sont peu connues même des habitants, et dont les deux autres sont celles du Mearus et de l'Ivia. Sur les rivages des Astures sont la petite ville de Nœga et trois autels appelés Sestiains. Ces autels, élevés dans une presqu'île en l'honneur d'Auguste, illustrent de nos jours une contrée auparavant obscure. A partir d'un fleuve qu'on appelle Salia, les côtes commencent à se replier peu à peu, et l'Hispanie, encore assez large en cet endroit, se resserre de plus en plus entre les deux mers, de telle sorte que, là où elle touche à la Gaule, elle est moins étendue de moitié que dans sa partie occidentale. Ces côtes sont habitées par les Cantabres et les Vardules. On remarque chez les Cantabres quelques peuples et quelques fleuves, mais leurs noms ne peuvent être exprimés dans notre langue. Le Saunium traverse le pays des Concanes et des Salènes, et le Nanasa celui des Autrigons et des Origénomesques. Le Deva baigne Tritium Tobolicum; l'Aturia, Decium, et le Magrada, Œason. Les Vardules, qui ne forment qu'un seul corps de nation, s'étendent de là jusqu'au promontoire du Pyrénée, et terminent les Hispanies.

II. Côte extérieure de la Gaule.

Vient ensuite la seconde région de la Gaule, dont la côte continue d'abord celle de l'Hispanie, puis se détourne, et s'avance dans la mer à peu près autant que l'Hispanie s'en était éloignée, en décrivant vers l'occident une grande courbe, qui correspond au pays des Cantabres. Le reste fait face au septentrion, et s'étend en ligne droite jusqu'aux rives du Rhin. Ce pays, fertile en blé et en pâturages, est agréablement diversifié par des

mare non angusto am[illegible]
et quatuor amnium [illegible]
lentes, ignobilia s[illegible]
In Asturum lito[illegible]
Sestianas voca[illegible]
nomine sacra[illegible]
eo flumine
tim rece[illegible]
spatia c[illegible]
bus, [illegible]
sit, [illegible]
exp[illegible]
ta[illegible]
r[illegible]

[illegible] ac pabuli ferax, [illegible] (quicquid ex satis frigoris im-[illegible] alit; salubris, et noxio [illegible] frequens. Gentes superbæ, [illegible] aliquando etiam immanes adeo, ut homi-[illegible] et gratissimam diis victimam cæderent. [illegible] feritatis jam abolitæ; atque ut ab ultimis [illegible] temperant, ita nihilominus, ubi devotos alta-[illegible] admovere, delibant. Habent tamen et facundiam [illegible] magistrosque sapientiæ Druidas [2]. Hi terræ mun-[illegible] magnitudinem et formam, motus cœli ac siderum, [illegible] quid dii velint, scire profitentur. Docent multa no-bilissimos gentis clam et diu, vicenis annis, aut in specu aut in abditis saltibus. Unum ex his, quæ præcipiunt, in vulgus effluxit (videlicet ut forent ad bella meliores), æternas esse animas, vitamque alteram ad manes. Itaque cum mortuis cremant ac defodiunt apta viventibus. Olim negotiorum ratio etiam et exactio crediti deferebatur ad inferos: erantque, qui se in rogos suorum, velut una victuri, libenter immitterent.


Regio, quam incolunt, omnis Comata Gallia: populorum tria summa nomina sunt, terminanturque fluviis ingentibus. Nam a Pyrenæo ad Garumnam, Aquitani; ab eo ad Sequanam, Celtæ; inde ad Rhenum pertinent Belgæ. Aquitanorum clarissimi sunt Ausci; Celtarum, Ædui; Belgarum, Treveri: urbesque opulentissimæ, in

..s, consacrés au culte des dieux. Les végé-..les au froid y croissent difficilement, et même ..issent pas partout; sa température est salubre, .. animaux malfaisants y sont très-rares. Elle est ha-..e par des peuples fiers, superstitieux, et autrefois si ..arbares, qu'ils regardaient les sacrifices humains comme le genre d'holocauste le plus efficace et le plus agréable aux dieux. Cette coutume abominable n'existe plus, mais il en reste encore des traces : car, s'ils s'abstiennent d'immoler les hommes qu'ils dévouent, ils les conduisent néanmoins à l'autel, et les y déchirent avec les dents. Cependant les Gaulois ont une certaine érudition et des maîtres de sagesse, les Druides. Ces maîtres font profession de connaître la grandeur et la forme de la terre et du monde, les révolutions du ciel et des astres, et la volonté des dieux. Ils communiquent une foule de connaissances aux plus distingués de la nation, qu'ils instruisent secrètement et pendant vingt années au fond des cavernes ou des bois les plus retirés. Le seul dogme qu'ils enseignent publiquement, c'est l'immortalité de l'âme et l'existence d'une autre vie : sans doute, afin de rendre le peuple plus propre à la guerre. De là vient que les Gaulois brûlent et enterrent avec les morts tout ce qui est à l'usage des vivants, et qu'autrefois ils ajournaient jusque dans l'autre monde l'exécution des contrats ou le remboursement des prêts. Il y en avait même qui se précipitaient gaîment sur les bûchers de leurs parents, comme pour continuer de vivre avec eux.

Tout ce pays prend le nom de Gaule Chevelue. Quant aux peuples qui l'habitent, ils sont connus sous trois grandes dénominations, et sont séparés entre eux par des fleuves considérables. Du Pyrénée à la Garonne, ce sont les Aquitains; de la Garonne à la Seine, les Celtes; de la Seine au Rhin, les Belges. Les Ausciens tiennent le premier rang dans l'Aquitaine; les Æduens parmi les

Treveris Augusta; in Æduis Augustodunum[3]; in Auscis Elimberrum. Garumna ex Pyrenæo monte delapsus, nisi quum hiberno imbre aut solutis nivibus intumuit, diu vadosus et vix navigabilis fertur. At ubi obvius Oceani exæstuantis accessibus adauctus est, iisdemque retro remeantibus, suas illiusque aquas agit; aliquantum plenior, et quanto magis procedit, eo latior, fit ad postremum magni freti similis, nec majora tantum navigia tolerat, verum etiam, more pelagi sævientis, exsurgens, jactat navigantes atrociter, utique si alio ventus, alio unda præcipitat. In eo est insula, Antros nomine, quam pendere et attolli aquis increscentibus ideo incolæ existimant, quia, quum videantur editiora, queis objacet, ubi se fluctus implevit, illa operit, hæc, ut prius, tantum ambitur: et quod ea, quibus ante ripæ collesque, ne cernerentur, obstiterant, tunc velut ex loco superiore perspicua sunt.

A Garumnæ exitu latus illud incipit terræ, procurrentis in pelagus, et ora Cantabricis adversa litoribus, aliis populis media ejus habitantibus, ab Santonis ad Osismios usque deflexa. Ab illis enim iterum ad septentriones frons litorum respicit, pertinetque ad ultimos Gallicarum gentium Morinos, nec portu, quem Gesoriacum vocant, quidquam notius habet. Rhenus, ab Alpibus decidens, prope a capite duos lacus efficit, Venetum et Acronium. Mox diu solidus, et certo alveo lapsus, haud



Celtes, et les Trévériens parmi les Belges. Leurs villes les plus florissantes sont Augusta chez les Trévériens, Augustodunum chez les Æduens, et Elimberrum chez les Ausciens. La Garonne, qui descend du mont Pyrénée, est guéable et peu navigable dans une grande partie de son cours, à moins qu'elle ne soit grossie par les pluies d'hiver ou par la fonte des neiges. Mais lorsque, dans le voisinage de l'Océan, après s'être accrue des eaux de la marée montante, elle roule ensuite ses eaux avec celles de la marée descendante, elle s'enfle et s'élargit à mesure qu'elle approche de la mer, et devient semblable à un large détroit, de sorte que non-seulement alors elle porte des navires considérables, mais, comme une mer orageuse, elle les ballotte d'une manière affreuse, surtout quand le vent souffle dans une direction contraire à celle de son cours. Il existe, dans le lit de ce fleuve, une île, appelée Antros, qui, dans l'opinion des habitants, est suspendue sur les eaux et s'élève avec elles au temps de la crue. Cette opinion est fondée sur ce que les lieux environnants, qui la dominent d'ordinaire, sont couverts d'eau quand la Garonne est grosse, tandis que l'île surnage et domine à son tour les rivages et les collines, qui auparavant bornaient sa vue.

C'est à l'embouchure de la Garonne que les rivages commencent à s'avancer dans la mer et à décrire cette courbe qui fait face à la côte des Cantabres, et s'étend depuis le pays des Santons jusqu'à celui des Osismiens. L'intervalle qui sépare ces deux pays est habité par d'autres peuples. Ensuite les rivages regardent le septentrion jusqu'au pays des Morins, la dernière nation de la Gaule. Le port appelé Gesoriacum est ce qu'il y a de plus connu sur cette côte. Le Rhin, qui descend des Alpes, forme tout d'abord les lacs Vénétien et Acronien. Il coule ensuite, et toujours dans un même lit, jusqu'à l'endroit où, près de la mer, il se divise en deux branches,

procul a mari huc et illuc dispergitur; sed ad sinistram amnis etiam tum, et donec effluat, Rhenus; ad dextram primo angustus et sui similis, post ripis longe ac late recedentibus, jam non amnis, sed ingens lacus, ubi campos implevit, Flevo dicitur: ejusdemque nominis insulam amplexus, fit iterum arctior, iterumque fluvius emittitur.

III. Germania.

Germania hinc ripis ejus usque ad Alpes, a meridie ipsis Alpibus, ab oriente Sarmaticarum confinio gentium, qua septentrionem spectat, oceanico litore obducta est. Qui habitant, immanes sunt animis atque corporibus, et ad insitam feritatem vaste utraque exercent, bellando animos, corpora ad consuetudinem laborum, maxime frigoris. Nudi agunt, antequam puberes sint; et longissima apud eos pueritia est: viri sagis velantur, aut libris arborum, quamvis sæva hieme. Nandi non patientia tantum illis, studium etiam est. Bella cum finitimis gerunt: causas eorum ex libidine arcessunt; neque imperitandi prolatandique, quæ possident (nam ne illa quidem enixe colunt), sed ut, circa ipsos quæ jacent, vasta sint. Jus in viribus habent, adeo ut ne latrocinii quidem pudeat; tantum hospitibus boni, mitesque supplicibus: victu ita asperi incultique, ut cruda etiam carne vescantur, aut recenti, aut quum rigentem in ipsis pecudum ferarumque coriis, manibus pedibusque subigendo, renovarunt.

dont la droite retient la forme d'un fleuve et le nom de Rhin jusqu'à son embouchure, et la gauche, après avoir conservé pendant quelque temps sa forme et son cours naturel, s'étend en long et en large dans la plaine, et devient un grand lac, qu'on appelle Flévon ; puis, après avoir baigné une île du même nom, reprend sa forme ordinaire et se jette dans l'Océan.

III. Germanie.

Du côté de la Gaule, la Germanie est bornée par le Rhin, depuis l'embouchure de ce fleuve jusqu'aux Alpes; au midi, par les mêmes montagnes; à l'orient, par les nations sarmatiques; au nord, par l'Océan. Elle est habitée par des hommes durs et robustes, qui cherchent dans la guerre un aliment à leur férocité naturelle, et dans les fatigues un exercice à la vigueur de leur corps. Ils se plaisent surtout à braver le froid, et vont tout nus jusqu'à l'âge de puberté, qui est, chez eux, très-tardif. Devenus hommes, ils se couvrent d'une simple saie ou d'écorce d'arbre, même dans les temps les plus rigoureux de l'hiver. Nager est pour eux plus qu'un exercice, c'est une passion. Ils font la guerre à leurs voisins, sans autre motif que la fantaisie, non pour les soumettre à leur joug ou pour étendre leur territoire, car ils sont assez insouciants, même de ce qu'ils possèdent, mais pour n'avoir autour d'eux que des déserts. Ils ne connaissent pas d'autre loi que la force, et ne se font aucun scrupule du brigandage; ils ne sont bons que pour leurs hôtes, et traitables que pour ceux qui les supplient. Leur manière de vivre est âpre et grossière, au point qu'ils mangent toute crue la chair de leurs troupeaux et des bêtes fauves, se contentant, lorsqu'elle n'est plus fraîche, de la pétrir avec les mains et les pieds, sans la dépouiller de son cuir.

Terra ipsa, multis impedita fluminibus, multis montibus aspera, et magna ex parte silvis ac paludibus invia. Paludum, Suesia, Estia, et Melsiagum, maximæ : silvarum, Hercynia, et aliquot sunt, quæ nomen habent; sed illa dierum sexaginta iter occupans, ut major aliis, ita et notior. Montium altissimi Taunus et Rhetico; nisi quorum nomina vix est eloqui ore Romano. Amnium in alias gentes exeuntium, Danubius et Rhodanus; in Rhenum, Mœnis et Lupia; in Oceanum, Amisius, Visurgis et Albis clarissimi. Super Albim Codanus ingens sinus magnis parvisque insulis refertus est. Hac re mare, quod gremio litorum accipitur, nusquam late patet, nec usquam mari simile, verum, aquis passim interfluentibus ac sæpe transgressis, vagum atque diffusum, facie amnium, spargitur : qua litora attingit, ripis contentum insularum non longe distantibus, et ubique pæne tantumdem, it angustum et par freto; curvansque se subinde, longo supercilio inflexum est. In eo sunt Cimbri et Teutoni : ultra, ultimi Germaniæ Hermiones.

IV. Sarmatia.

Sarmatia intus, quam ad mare, latior, ab his, quæ sequuntur, Vistula amne discreta, qua retro abit, usque ad Istrum flumen immittitur. Gens habitu armisque Parthicæ proxima, verum ut cœli asperioris, ita ingenii. Non se urbibus tenent, et ne statis quidem sedibus. Ut invitavere pabula, ut cedens et sequens hostis exigit,

Le sol est entrecoupé d'une multitude de fleuves, hérissé de montagnes, et en grande partie impraticable à cause des bois et des marais. Ses plus grands marais sont le Suesia, l'Estia et le Melsiagum; ses forêts les plus étendues sont l'Hercynie, et quelques autres, qui ont aussi un nom; mais, comme celle-là couvre un terrain de soixante jours de marche, et qu'elle est la plus considérable, elle est aussi la plus connue. Ses plus hautes montagnes sont le Taunus et le Rhéticon; les autres ont des noms que nous ne pouvons guère exprimer dans notre langue. Ses fleuves les plus célèbres sont le Danube et le Rhône, qui passent dans d'autres pays; le Mœnis et la Lupia, qui se jettent dans le Rhin; l'Amisius, le Visurgis et l'Albis, qui se perdent dans l'Océan. Au-dessus de l'Albis est le grand golfe Codan, semé d'îles grandes et petites : c'est pour cela que la mer qui baigne ces îles n'a nulle part beaucoup de largeur, et ressemble moins à une mer qu'à une multitude de rivières qui se croisent dans tous les sens et sortent de leur lit en plusieurs endroits. Près du rivage, cette mer, resserrée par des îles peu et presque partout également éloignées du continent, ne paraît être qu'un détroit, et, dans la courbe qu'elle décrit, présente la forme d'un long sourcil. Dans ce golfe sont les Cimbres et les Teutons, au delà desquels sont les Hermions, à l'extrémité de la Germanie.

IV. Sarmatie.

La Sarmatie, plus large dans l'intérieur que sur les bords de la mer, est séparée des contrées suivantes par la Vistule, et s'étend au midi jusqu'à l'Ister. Les Sarmates ont, dans leurs vêtements et dans leur armure, beaucoup de ressemblance avec les Parthes, mais, comme leur climat, leur caractère est plus âpre; ils n'ont ni villes ni demeures fixes. Soit qu'ils conduisent leurs troupeaux dans

ita res opesque secum trahens, semper castra habitant; bellatrix, libera, indomita, et usque eo immanis atque atrox, ut feminæ etiam cum viris bella ineant; atque ut habiles sint, natis statim dextra aduritur mamma: inde expedita in ictus manus quæ exseritur, virile fit pectus. Arcus tendere, equitare, venari, puellaria pensa sunt: ferire hostem, adultarum stipendium est; adeo ut non percussisse, pro flagitio habeatur, sitque eis pœnæ virginitas.

V. Scythia.

Inde Asiæ confinia, nisi ubi perpetuæ nives sedent et intolerabilis rigor, Scythici populi incolunt, fere omnes etiam in unum Belcæ appellati. In Asiatico litore primi Hyperborei, super aquilonem Rhipæosque montes, sub ipso siderum cardine jacent: ubi sol non quotidie, ut nobis, sed primum verno æquinoctio exortus, autumnali demum occidit: et ideo sex mensibus dies, et totidem aliis nox usque continua est. Terra augusta; aprica, per se fertilis. Cultores justissimi, et diutius quam ulli mortalium, et beatius vivunt; quippe, festo semper otio læti, non bella novere, non jurgia; sacris operati, maxime Apollinis, quorum primitias Delon misisse, initio per virgines suas, deinde per populos, subinde tradentes ulterioribus, moremque eum diu, et donec vitio

les pâturages, soit qu'ils poursuivent leurs ennemis ou qu'ils fuient devant eux, ils traînent çà et là tout ce qu'ils possèdent, et vivent campés. C'est une nation guerrière, libre, indomptable, et d'un caractère si dur et si barbare, que les femmes mêmes vont à la guerre avec les hommes. On les y prépare dès leur naissance, en leur brûlant la mamelle droite, afin qu'ayant cette partie du corps conformée comme les hommes, elles puissent mouvoir avec plus d'agilité le bras destiné à frapper. Tendre l'arc, monter à cheval, aller à la chasse, voilà ce qui remplace, dans leur enfance, la quenouille et le fuseau; adultes, on les enrégimente, et elles sont condamnées à la virginité, comme à une peine infamante, jusqu'à ce qu'elles aient donné la mort à un ennemi.

V. Scythie.

Les extrémités de l'Europe qui confinent à l'Asie, sont partout habitées par des peuples scythiques, presque généralement connus sous le nom de Belces, à l'exception de ces plages que des neiges éternelles et l'extrême rigueur du froid rendent tout à fait inhabitables. Les premiers peuples que l'on rencontre sur les rivages de l'Asie sont les Hyperboréens, directement placés sous le pôle, au delà de l'Aquilon et des monts Riphées. Ils ne voient pas, comme nous, le soleil se lever et se coucher dans l'espace de douze heures; mais ils ont des jours de six mois, depuis l'équinoxe de printemps jusqu'à l'équinoxe d'automne, et des nuits d'égale durée, depuis l'équinoxe d'automne jusqu'à l'équinoxe de printemps. Leur pays est sacré; leur température est douce, et leur sol naturellement fertile. Religieux observateurs de la justice, ils coulent des jours plus longs et plus heureux que le reste des hommes. En effet, toujours dans la paix et dans les fêtes, ils ignorent ce que c'est que guerre et dissension;

gentium temeratus est, servasse referuntur. Habitant lucos silvasque, et ubi eos vivendi satietas magis quam tædium cepit, hilares, redimiti sertis, semet ipsi in pelagus ex certa rupe præcipites dant. Id eis funus eximium est.

Mare Caspium [4], ut angusto, ita longo etiam freto, primum terras, quasi fluvius, irrumpit: atque ubi recto alveo influxit, in tres sinus diffunditur; contra os ipsum in Hyrcanum, ad sinistram in Scythicum, ad dextram in eum, quem proprie et totius nomine Caspium appellant: omne atrox, sævum, sine portubus, procellis undique expositum; ac belluis magis quam cetera refertum, et ideo minus navigabile. Ad introeuntium dextram Scythæ Nomades, freti litoribus, insident. Intus sunt ad Caspium sinum Caspii, et Amazones, sed quas Sauromatidas appellant: ad Hyrcanum Albani, et Moschi, et Hyrcani: in Scythico Amardi, et Pæsicæ, et jam ad fretum Derbices. Multi in eo sinu magni parvique amnes fluunt: sed qui famam habent, ex Cerauniis montibus uno alveo descendit, duobus exit in Caspium Rha. Araxes Tauri latere demissus, quoad campos Ar-

pleins de piété envers les dieux, ils honorent surtout Apollon. On rapporte qu'autrefois ils envoyaient à Délos les prémices de leurs victimes; que, dans les premiers temps, ils confiaient à quelques jeunes vierges du pays le soin de les porter, mais qu'ensuite ils se servirent de l'entremise des peuples intermédiaires qui se les passaient de proche en proche, et qu'il en fut ainsi jusqu'au moment où l'infidélité de nations dépravées les força de renoncer à leur pieuse coutume. Ils passent leur vie dans les bois sacrés et dans les forêts, et, dès qu'ils se sentent rassasiés, plutôt que dégoûtés, de vivre, le front ceint d'une guirlande de fleurs, ils vont gaîment se précipiter dans la mer du haut d'un certain rocher : c'est le genre de mort le plus distingué.

La mer Caspienne s'introduit dans les terres par un canal étroit, mais très-long, et semblable à un fleuve; puis, après avoir coulé en ligne directe, comme dans un lit, elle forme trois golfes, savoir : en face de l'embouchure du canal dont je viens de parler, le golfe Hyrcanien; à gauche, le golfe Scythique; à droite, celui qu'on appelle proprement Caspien, du nom même de cette mer. Elle est partout terrible, intraitable, sans ports, exposée de toutes parts aux tempêtes, abondante plus qu'aucune autre en monstres marins, et par conséquent moins navigable. On rencontre d'abord, à droite, les Scythes nomades, campés sur les rivages du détroit; dans l'intérieur, sur le golfe Caspien, les Caspiens et les Amazones Sauromatides; sur le golfe Hyrcanien, les Albaniens, les Mosques et les Hyrcaniens; sur le golfe Scythique, les Amardins et les Pæsices, et enfin, sur le détroit, les Derbices. Ce golfe reçoit une multitude de fleuves grands et petits, dont je citerai les plus remarquables. Le Rha, qui descend des monts Cérauniens, coule d'abord dans un seul lit, et se jette ensuite dans la mer par deux embouchures. L'Araxe, sorti des flancs du Taurus, traverse

meniæ secat, labitur placidus et silens, neque in utram partem eat, quanquam intuearis, manifestus: quum in asperiora devenit, hinc atque illinc rupibus pressus, et quanto angustior, tanto magis pernix, frangit se subinde ad opposita cautium: atque ob id ingenti cum murmure sonansque devolvitur, adeo citus, ut qua ex præcipiti in subjecta casurus est, non declinet statim undam, sed ultra quam canalem habet, evehat, plus jugeri spatio sublimis, et aquis pendentibus semet ipse sine alveo ferens: deinde ubi incurvus arcuatoque amne descendit, fit tranquillus, iterumque per campos tacitus et vix fluens, in id litus elabitur. Cyrus et Cambyses, ex radicibus Coraxici montis vicinis fontibus editi, in diversa abeunt, perque Iberas et Hyrcanos diu et multum distantibus alveis defluunt: post non longe a mari eodem lacu accepti, in Hyrcanum sinum uno ore perveniunt. Iaxartes et Oxos per deserta Scythiæ ex Sugdianorum regionibus in Scythicum exeunt; ille suo fonte grandis, hic incursu aliorum grandior, et aliquandiu ad occasum ab oriente excurrens, juxta Dahas primum inflectitur: cursuque ad septentrionem converso, inter Amardos et Pæsicas os aperit. Silvæ alia quoque dira animalia, verum et tigres ferunt, utique Hyrcania; sævum ferarum genus, et usque eo pernix, ut illis longe quoque progressum equitem consequi, nec tantum semel, sed aliquoties etiam cursu, unde cœperit, subinde repetito, solitum et facile sit. Causa ex eo est, quod, ubi ille



lentement et sans bruit les plaines de l'Arménie, à tel point qu'on serait embarrassé de dire de quel côté il avance; plus loin, forcé de se frayer un chemin à travers des défilés étroits, il accélère son mouvement à mesure qu'il se resserre, se brise sur les rochers qu'il rencontre, et roule ses eaux retentissantes avec une telle impétuosité, qu'arrivé au bord d'un précipice, au lieu de suivre le penchant de la montagne, il s'élance au delà de son lit et reste suspendu dans la longueur de plus d'un arpent; puis, après avoir décrit la courbe d'un arc, tombe et redevient paisible et silencieux jusqu'à son embouchure sur ce rivage. Le Cyrus et le Cambyse, issus de deux sources voisines au pied du mont Coraxique, se séparent ensuite et coulent longtemps, à une grande distance l'un de l'autre, à travers l'Ibérie et l'Hyrcanie; puis, se réunissant dans un même lac, non loin de la mer, ils se jettent dans le golfe Hyrcanien par une même embouchure. L'Iaxartes et l'Oxus viennent de la Sogdiane, à travers les déserts de la Scythie, se perdre dans le golfe Scythique : le premier est considérable par lui-même; le second l'est encore plus, mais il emprunte une partie de ses eaux à des fleuves tributaires. Après avoir parcouru un assez long espace d'orient en occident, il se détourne un moment vers les Dahes, puis, remontant vers le nord, il va se jeter dans la mer entre les Amardins et les Pæsices. Les forêts recèlent plusieurs sortes d'animaux terribles, même des tigres, surtout dans l'Hyrcanie. Le tigre est extraordinairement féroce, et d'une telle vitesse, qu'il peut avec facilité atteindre un cavalier fort éloigné, même après être retourné plusieurs fois sur ses pas jusqu'au lieu d'où il était parti. S'il arrive, en effet, qu'un ravisseur adroit enlève les petits d'une tigresse, et que, pour déjouer sa rage par la ruse, il en jette çà et là quelques-uns sur la route, elle ramasse le premier qu'elle rencontre et retourne le déposer dans sa tanière, re-

interceptos earum catulos citus cœpit avehere, et, rabiem appropinquantium astu frustraturus, unum de pluribus omisit, hæ projectum excipiunt, et ad cubilia sua referunt, rursumque et sæpius remeant, atque idem efficiunt, donec ad frequentiora, quam adire audeant, profugus raptor evadat. Ultra Caspium sinum quidnam esset, ambiguum aliquandiu fuit; idemne oceanus, an tellus infesta frigoribus, sine ambitu ac sine fine projecta. Sed præter physicos Homerumque, qui universum orbem mari circumfusum esse dixerunt, Cornelius Nepos, ut recentior, auctor, ita certior; testem autem rei Q. Metellum Celerem adjicit, eumque ita retulisse commemorat: Quum Galliæ pro consule præesset, Indos quosdam a rege Bætorum[5] dono sibi datos; unde in eas terras devenissent requirendo, cognosse vi tempestatum ex Indicis æquoribus abreptos, emensosque, quæ intererant, tandem in Germaniæ litora exiisse. Restat ergo pelagus; sed reliqua lateris ejusdem assiduo gelu durantur, et ideo deserta sunt.

VI. Hispaniæ exterioris et Septentrionalis oceani insulæ.

His oris, quas angulo Bæticæ adhuc usque perstrinximus, multæ ignobiles insulæ, et sine nominibus etiam, adjacent: sed earum, quas præterire non libeat, Gades[6] fretum attingit; eaque angusto spatio, et, veluti flumine, a continenti abscissa, qua terris propior est, pæne rectam ripam agit: qua Oceanum spectat, duobus promon-


vient à la charge, retourne encore, et n'abandonne le ravisseur que lorsque, à l'aspect des habitations, elle n'ose se hasarder plus avant. On a douté assez longtemps si, au delà de la mer Caspienne, tout était océan, ou si c'était une terre sans circonférence ni terme, et glacée par le froid. Mais à l'autorité des anciens philosophes et d'Homère, qui ont prétendu que la terre était de tous côtés environnée par la mer, on peut ajouter celle de Cornelius Nepos, qui, étant plus moderne, est par conséquent plus sûr. Or, cet auteur rapporte, à l'appui de cette opinion, le témoignage de Q. Metellus Celer, auquel il fait dire qu'étant proconsul dans la Gaule, le roi des Bètes lui fit présent de quelques Indiens, et que, s'étant informé d'où ils étaient venus, il apprit que, les tempêtes les ayant emportés loin de la mer des Indes, ils avaient été jetés, après un long trajet, sur les rivages de la Germanie. Le reste de la côte asiatique est donc baigné au nord par une mer sans bornes; mais cette partie est couverte de glaces éternelles, et par conséquent déserte.

VI. Îles de l'Hispanie extérieure et de l'océan Septentrional.

En face des côtes que j'ai parcourues depuis l'angle de la Bétique, sont plusieurs îles sans célébrité et même sans nom; mais parmi celles qui me paraissent dignes d'être citées, je nommerai d'abord l'île de Gadès, qui touche au détroit, et n'est séparée du continent que par un petit bras de mer semblable à un fleuve. Du côté de la terre, ses bords suivent une ligne presque droite; du côté de l'Océan, elle forme une courbe terminée à droite

toriis evecta in altum, medium litus abducit, et fert in altero cornu ejusdem nominis urbem opulentam, in altero templum Ægyptii Herculis, conditoribus, religione, vetustate, opibus illustre. Tyrii constituere: cur sanctum sit, ossa ejus ibi sita efficiunt : annorum, queis manet numerus, ab Iliaca tempestate principia sunt : opes tempus aluit. In Lusitania Erythia est, quam Geryone habitatam accepimus, aliæque sine certis nominibus; adeo agri fertiles, ut, quum semel sata frumenta sint, subinde recidivis seminibus segetem novantibus, septem minimum, interdum plures etiam messes ferant. In Celticis aliquot sunt, quas, quia plumbo abundant, uno omnes nomine Cassiteridas[7] appellant. Sena in Britannico mari, Osismicis adversa litoribus, Gallici numinis oraculo insignis est; cujus antistites, perpetua virginitate sanctæ, numero novem esse traduntur: Gallicenas vocant, putantque ingeniis singularibus præditas; maria ac ventos concitare carminibus; seque in quæ velint animalia vertere; sanare, quæ apud alios insanabilia sunt; scire ventura et prædicare : sed non nisi deditas navigantibus, et in id tantum, ut se consulerent, profectis.

Britannia qualis sit, qualesque progeneret, mox certiora et magis explorata dicentur. Quippe tam diu clausam aperit ecce principum maximus; nec indomitarum modo ante se, verum ignotarum quoque gentium victor, propriarum rerum fidem ut bello affectavit, ita triumpho declaraturus portat. Ceterum, ut adhuc habui-




et à gauche par deux promontoires, sur l'un desquels est une ville florissante du même nom, et sur l'autre un temple d'Hercule égyptien, célèbre par ses fondateurs, par la vénération des peuples, par son antiquité et par ses richesses. Ce temple fut bâti par des Tyriens; il doit sa sainteté aux cendres d'Hercule qui y sont déposées; son origine remonte aux temps de Troie; ses richesses sont le produit des siècles. En face de la Lusitanie est l'île d'Érythie, qui fut, dit-on, habitée par Géryon, et quelques autres sans noms connus, quoique leur fertilité soit telle, qu'une fois les champs ensemencés de blé, ce qui tombe des épis suffit pour renouveler la semaille et produire sept récoltes au moins, et quelquefois davantage. En face du pays des Celtes, il en est quelques-unes, qui sont connues sous le nom général de Cassitérides, parce qu'elles abondent en plomb. L'île de Sena, située dans la mer Britannique, en face des Osismiciens, est renommée par un oracle gaulois, dont les prêtresses, vouées à une virginité perpétuelle, sont au nombre de neuf. Elles sont appelées Gallicènes, et on leur attribue le pouvoir singulier de déchaîner les vents et de soulever les mers, de se métamorphoser en tels animaux que bon leur semble, de guérir des maux partout ailleurs regardés comme incurables, de connaître et de prédire l'avenir, faveurs qu'elles n'accordent néanmoins qu'à ceux qui viennent tout exprès dans leur île pour les consulter.

On ne tardera pas à parler de la Bretagne et de ses habitants d'une manière plus sûre et plus positive, grâce au génie du plus grand des princes, qui vient de nous ouvrir un pays si longtemps fermé, et qui, déjà maître de plusieurs contrées de cette île que nul autre avant lui n'avait subjuguées ni même connues, après avoir exploré ce pays par la guerre, s'apprête à en enchaîner les images à son char de triomphe. Quant à présent, sui-

mus, inter septentrionem occidentemque projecta, grandi angulo Rheni ostia prospicit : deinde obliqua retro latera abstrahit, altero Galliam, altero Germaniam spectans : tum rursus perpetuo margine directi litoris ab tergo obducta, iterum se in diversos angulos cuneat triquetra, et Siciliæ maxime similis, plana, ingens, fecunda, verum his, quæ pecora, quam homines, benignius alant. Fert nemora, saltusque, ac prægrandia flumina, alternis motibus, modo in pelagus, modo retro fluentia, et quædam gemmas margaritasque generantia. Fert populos regesque populorum : sed sunt inculti omnes, atque, ut longius a continenti absunt, ita aliarum opum ignari magis, tantum pecore ac finibus dites ; incertum ob decorem, an quid aliud, vitro corpora infecti. Causas tamen bellorum et bella contrahunt, ac se frequenter invicem infestant, maxime imperitandi cupidine studioque ea prolatandi, quæ possident. Dimicant non equitatu modo aut pedite, verum et bigis et curribus, Gallice armati : covinos vocant, quorum falcatis axibus utuntur.

Super Britanniam Iverna est, pæne par spatio, sed utrinque æquali tractu litorum oblonga : cœli ad maturanda semina iniqui, verum adeo luxuriosa herbis, non lactis modo, sed etiam dulcibus, ut se exigua parte diei pecora impleant, et nisi pabulo prohibeantur, diutius pasta dissiliant. Cultores ejus inconditi sunt, et omnium virtutum ignari, pietatis admodum expertes. Triginta sunt

vant ce qu'on en sait, la Bretagne s'étend entre le septentrion et l'occident, et forme un grand angle, dont la pointe regarde les bouches du Rhin; puis, de cette pointe partent deux lignes obliques, dont l'une fait face à la Gaule, l'autre à la Germanie, et qui aboutissent à une ligne droite, ce qui lui donne une forme triangulaire tout à fait semblable à celle de la Sicile. Elle est unie, grande, fertile, mais en productions plus propres à nourrir les troupeaux que les hommes. Elle a des forêts, des bois et des fleuves très-considérables, qui tantôt coulent dans la mer, tantôt remontent vers leur source, par suite des mouvements alternatifs de la marée; il en est même qui roulent des pierres précieuses et des perles. Elle se compose de plusieurs peuples gouvernés par des rois; mais ils sont tous de mœurs grossières, et, comme ils sont éloignés du continent, ils ne connaissent pas d'autres richesses que leurs troupeaux et les biens de leur territoire. On ne sait si c'est pour se donner un certain agrément, ou pour tout autre motif, qu'ils se peignent le visage avec du pastel. Cependant ils trouvent des prétextes pour se faire la guerre, et s'attaquent souvent les uns les autres, poussés par l'unique désir de commander et d'agrandir leur territoire. Armés à la manière des Gaulois, ils combattent non seulement à cheval et à pied, mais encore dans des chars, dont une espèce est armée de faux et appelée covinus.

Au delà de la Bretagne est l'île Iverne, qui est presque aussi étendue, sous la forme d'un carré long : son climat est peu favorable à la maturité des fruits, mais elle abonde en herbes si succulentes et si douces, qu'il suffit de quelques heures aux troupeaux pour se repaître, et que, si l'on ne prend soin de les retirer à temps des pâturages, l'excès de nourriture les fait crever. Ses habitants ne connaissent ni lois, ni vertus, ni religion. Les Orcades sont au nombre de trente, à peu de distance les unes

Orcades angustis inter se ductæ spatiis: septem Æmodæ, contra Germaniam vectæ. In illo sinu, quem Codanum diximus, sex; ex iis Scandinavia [8], quam adhuc Teutoni tenent, ut fecunditate alias, ita magnitudine antestat. Quæ Sarmatis adversa sunt, ob alternos accessus recessusque pelagi, et quod spatia, queis distant, modo operiuntur undis, modo nuda sunt, alias insulæ videntur, alias una et continens terra. In hisce esse Oæonas, qui ovis avium palustrium et avenis tantum alantur: esse equinis pedibus Hippopodas, et Panotos, quibus magnæ aures, et ad ambiendum corpus omne patulæ, nudis alioquin pro veste sunt, præterquam quod fabulis traditur, auctores etiam, quos sequi non pigeat, invenio. Thule [9] Belcarum litori opposita est, Graiis et nostris celebrata carminibus. In ea, quod ibi sol longe occasurus exsurgit, breves utique noctes sunt: sed per hiemem, sicut aliubi, obscuræ; æstate lucidæ, quod per id tempus jam se altius evehens, quanquam ipse non cernatur, vicino tamen splendore próxima illustrat; per solstitium vero nullæ, quod tum jam manifestior non fulgorem modo, sed sui quoque partem maximam ostentat. Talge in Caspio mari, sine cultu fertilis, omni fruge ac fructibus abundans: sed vicini populi, quæ gignuntur, attingere nefas et pro sacrilegio habent, diis parata existimantes, diisque servanda. Aliquot et illis oris, quas desertas diximus, æque desertæ adjacent, quas sine propriis nominibus Scythicas vocant.

---

des autres. Les Émodes sont au nombre de sept, en face de la Germanie. Le golfe Codan renferme six autres îles. Une d'elles, qu'on appelle Scandinavie et qui est encore occupée par des Teutons, est la plus grande et la plus fertile. Celles qui font face à la Sarmatie semblent tantôt des îles, tantôt une terre continue, suivant que la mer, dans ses flux et reflux, couvre ou laisse à sec les intervalles qui les séparent. La fable atteste, et je lis même dans des auteurs qui ne me paraissent pas indignes de foi, qu'il existe dans ces îles des Oæones qui ne se nourrissent que d'avoine et d'œufs d'oiseaux de marais, des Hippopodes à pieds de cheval, et des Panotes, dont les longues et larges oreilles leur enveloppent tout le corps et leur servent de vêtements. L'île de Thulé, que les poëtes grecs et latins ont rendue si célèbre, est située en face des Belces. Les nuits y sont courtes, à cause du grand intervalle qui sépare les deux points où le soleil se lève et se couche: obscures pendant l'hiver, comme partout ailleurs, elles sont claires pendant l'été, parce que le soleil, s'élevant dans cette saison plus haut que d'ordinaire, est précédé d'un long crépuscule. Mais, au temps du solstice, il n'y a pas de nuit, parce que le soleil montre au-dessus de l'horizon une grande partie de son disque. Talgé, dans la mer Caspienne, fertile sans culture, abonde en fruits de toute espèce; mais les peuples voisins regardent comme un sacrilége d'y toucher, parce qu'il les croient destinés aux dieux. Enfin, vis-à-vis de ces côtes désertes, dont j'ai parlé plus haut, sont aussi quelques îles également désertes, dépourvues de noms particuliers, et qu'on appelle Scythiques.

VII. Oceanus Eous et India.

Ab his in Eoum mare cursus inflectitur, inque oram terræ spectantis orientem. Pertinet hæc a Scythico promontorio ad Colida : primumque omnis est invia; deinde ob immanitatem habitantium inculta. Scythæ sunt Androphagi et Sacæ, distincti regione, quia feris scatet, inhabitabili. Vasta deinde iterum loca belluæ infestant, usque ad montem mari imminentem, nomine Tabin. Longe ab eo Taurus attollitur. Seres intersunt, genus plenum justitiæ, ex commercio, quod rebus in solitudine relictis absens peragit, notissimum.

India non Eoo tantum apposita pelago, sed et ei, quod ad meridiem spectans Indicum diximus, et hinc Tauri jugis, ab occidente Indo finita, tantum spatium litoris occupat, quantum per quadraginta dies noctesque velificantibus cursus est; ita multum a nostris abducta regionibus, ut in aliqua parte ejus neuter septentrio appareat, aliterque quam in aliis oris, umbræ rerum ad meridiem jaceant. Ceterum fertilis, et vario genere hominum aliorumque animalium scatet. Alit formicas non minus maximas canibus; quas more gryphorum aurum penitus egestum cum summa pernicie attingentium custodire commemorant : immanes et serpentes, ut qui elephantos morsu atque ambitu corporis conficiant. Tam pinguis alicubi et tam feracis soli, ut in eo mella frondibus defluant, lanas silvæ ferant, arundinum fissa inter-

VII. Océan Oriental et Inde.

A partir de ces déserts, les côtes de l'Asie tournent vers la mer Orientale, et s'étendent depuis le promontoire Scythique jusqu'au promontoire Colis. Le commencement de ces côtes est tout à fait inaccessible; ensuite on rencontre un pays inculte, que la barbarie des habitants entretient dans cet abandon. Ce sont les Scythes Androphages et les Saces, séparés entre eux par une contrée que la quantité des bêtes féroces rend inhabitable. Plus loin, on ne trouve encore que des bêtes féroces et des déserts, jusqu'au mont Tabis, qui domine la mer. Le long intervalle qui sépare cette montagne du Taurus, est habité par les Sères, peuple ami de la justice, et très-connu par la manière dont il fait le commerce, en exposant ses marchandises dans la solitude.

L'Inde ne regarde pas seulement la mer Orientale; elle s'étend encore, au midi, sur les bords de la mer Indienne. Bornés du côté des Sères par le Taurus, et à l'occident par l'Indus, ses rivages couvrent autant d'espace qu'un navire voguant à pleines voiles pourrait en parcourir pendant quarante jours et quarante nuits. Sa position est si différente de la nôtre, que, dans une certaine partie, on n'aperçoit ni l'une ni l'autre des deux Ourses, et que l'ombre des corps s'y projette vers le midi. Du reste, elle est fertile et abonde en hommes et animaux de toute espèce. On y voit des fourmis aussi grosses que des chiens, qui gardent, dit-on, comme les griffons, l'or qu'elles arrachent des entrailles de la terre, et font payer chèrement leur audace à ceux qui tentent de le leur enlever. On y voit aussi des serpents si prodigieux, qu'ils tuent jusqu'à des éléphants, soit en les déchirant avec les dents, soit en s'entortillant autour de leur corps. Le sol y est en quelques endroits si gras et si fertile, que le miel y découle des feuilles, que les arbres produisent

nodia, veluti navia binos, et quædam ternos etiam vehant.

Cultorum habitus moresque dissimiles. Lino alii vestiuntur, aut lanis, quas diximus; alii avium ferarumque pellibus : pars nudi agunt; pars tantum obscena velati : alii humiles parvique; alii ita proceri et corpore ingentes, ut elephantis etiam, et ibi maximis, sicut nos equis, facile atque habiliter utantur. Quidam nullum animal occidere, nulla carne vesci optimum existimant : quosdam tantum pisces alunt. Quidam proximi parentes, priusquam annis aut ægritudine in maciem eant, velut hostias cædunt : cæsorumque visceribus epulari fas et maxime pium est. At ubi senectus aut morbus incessit, procul a ceteris abeunt, mortemque in solitudine nihil anxii exspectant. Prudentiores et quibus ars studiumque sapientiæ contingit, non exspectant eam, sed ingerendo semet ignibus, læti et cum gloria arcessunt. Urbium, quas incolunt (sunt autem plurimæ) Nysa est clarissima et maxima : montium Meros, Jovi sacer. Famam hinc præcipuam habent; in illa genitum, in hujus specu Liberum patrem arbitrantur esse nutritum : unde Græcis auctoribus, ut femori Jovis insitum dicerent, aut materia ingessit, aut error.

Oras tenent ab Indo ad Gangen Palibotri, a Gange ad Colida (nisi ubi magis, quam ut habitetur, exæstuat)

de la laine, et qu'avec une partie de roseau prise entre deux nœuds, on fait une nacelle capable de contenir deux et même trois hommes.

Les Indiens diffèrent entre eux dans leurs vêtements, dans leurs formes et dans leurs usages. Les uns portent des habits tissus de lin ou de la laine dont j'ai parlé; d'autres se couvrent de peaux de bêtes fauves et d'oiseaux; quelques-uns vont tout nus; quelques autres ne cachent que les parties sexuelles; ceux-ci sont très-petits, ceux-là sont d'une stature si haute qu'ils montent des éléphants, bien qu'ils soient plus grands et plus gros dans cette contrée que partout ailleurs, avec autant de facilité et d'une manière aussi dégagée que nous montons nos chevaux. Là c'est un devoir de ne tuer aucun animal et de s'abstenir de chair; ici on ne se nourrit que de poissons; un peu plus loin on tue ses parents, comme on tue des victimes, avant que la vieillesse ou la maladie les ait fait maigrir, et c'est ensuite un grand acte de piété que de manger leur chair dans un festin. Aussi ceux qui sentent les approches de la vieillesse ou de la maladie, prennent-ils le parti de s'enfuir dans la solitude pour y attendre tranquillement la mort naturelle. Les savants et les sages ne l'attendent pas, et se font autant de plaisir que d'honneur de la prévenir en se brûlant tout vifs. De toutes les villes de l'Inde, lesquelles sont en très-grand nombre, Nysa est la plus célèbre et la plus grande, de même que la plus célèbre de ses montagnes est celle de Méros, consacrée à Jupiter. Ce qui les rend l'une et l'autre principalement fameuses, c'est que, suivant la tradition, Bacchus naquit dans la ville de Nysa, et qu'il fut élevé dans une grotte de la montagne : tradition qui, vraie ou fausse, a fait dire aux Grecs que Bacchus avait été enfermé dans la cuisse de Jupiter.

La côte qui s'étend de l'Indus au Gange est habitée par les Palibotriens, et du Gange au promontoire

atræ gentes, et quodammodo Æthiopes. A Colide ad Cudum recta sunt litora, timidique populi, et marinis opibus affatim dites. Tamos promontorium est, quod Taurus attollit: Colis alterius partis angulus, initiumque lateris ad meridiem versi: Ganges et Indus amnes. Ille multis fontibus in Hemode Indiæ monte conceptus, simul unum alveum fecit, fit omnium maximus, et alicubi latius, quando angustissime fluit, decem millia passuum patens, in septem ora dispergitur. Indus ex monte Paropamiso exortus, et alia quidem flumina admittit; sed clarissima, Cophena, Acesinem, Hydaspen: conceptamque pluribus alveis undam lato spatio trahit. Hinc pæne Gangen magnitudine exæquat. Post ubi aliquot sæpe magnis flexibus cinxit jugum ingens, iterum rectus solidusque descendit: donec ad lævam dextramque se diducens, duobus ostiis longe distantibus exeat. Ad Tamum insula est Chryse, ad Gangen Argyre: altera aurei soli (ita veteres tradidere), altera argentei: atque, ut maxime videtur, aut ex re nomen, aut ex vocabulo fabula est. Taprobane [10], aut grandis admodum insula, aut prima pars orbis alterius Hipparcho dicitur: sed quia habitatur, nec quisquam circummeasse traditur, prope verum est. Contra Indi ostia, illa sunt, quæ vocant Solis, adeo inhabitabilia, ut ingressos vis circumfusi aeris exanimet confestim; et inter ipsa ostia Patalene. Regio ob æstus intolerabilis, alicubi cultoribus egens, inde ad principia Rubri maris pertinet. Ipsa invia

Colis, à l'exception de quelques parties que l'extrême chaleur rend inhabitables, par des peuples noirs, qu'on prendrait pour des Éthiopiens. Du promontoire Colis au lieu appelé Cudum, la côte est droite et habitée par des peuples timides, à qui la mer prodigue ses trésors. Tamos est le nom d'un promontoire du Taurus. Le cap Colis forme un angle dont l'un des côtés termine la côte orientale de l'Inde, et l'autre commence la côte méridionale. Le Gange sort de l'Hémode, montagne de l'Inde, par un grand nombre de sources, qui, après s'être confondues dans un même lit, forment le plus grand de tous les fleuves : il a dix mille pas dans sa plus petite largeur, et se jette dans la mer par sept embouchures. L'Indus descend du mont Paropamise, et s'accroît des eaux de plusieurs autres fleuves, qui ne laissent pas d'être très-célèbres, tels que le Cophena, l'Acésinès et l'Hydaspes. Grossi du tribut de ces fleuves, il a à peu près la largeur du Gange. Ensuite il serpente, en se divisant, autour d'une longue chaîne de montagnes, et, après avoir fait des détours souvent assez longs, il roule en ligne droite et dans un seul et même lit, jusqu'à l'endroit où, se partageant encore en deux branches, il se rend à la mer par deux embouchures très-éloignées l'une de l'autre. Près du promontoire Tamus est l'île Chrysé; près du Gange, celle d'Argyré. Suivant une tradition ancienne, le sol de l'une est d'or, et celui de l'autre est d'argent : d'où l'on peut induire, ou que ces îles ont pris leur nom de la réalité de la chose, ou que le nom a donn naissance à la fable. La Taprobane est une très-grande île, ou, suivant l'opinion d'Hipparque, le commencement d'un autre monde : ce qui est vraisemblable, puisqu'elle est habitée et qu'on ne cite aucun voyageur qui en ait fait le tour. En face des embouchures de l'Indus, on rencontre quelques plages, connues sous le nom de plages du soleil, et tellement inhabitables, que

atque deserta; humus cineri magis fit quam pulveri similis; ideoque per eam rara et non grandia flumina emanant, quorum Tuberonem et Arusacen notissima accepimus.

VIII. Mare Rubrum, ac uterque hujus sinus Persicus et Arabicus.

Rubrum mare Græci, sive quia ejus coloris est, sive quia ibi Erythras regnavit, Ἐρυθρὰν θάλασσαν [11] appellant: procellosum, asperum mare, profundum, et magnorum animalium magis, quam cetera, capax. Primo recedentes oras æquabiliter impellit; et ut non intret interius, aliquantum patens sinus arcuat. Sed quas ripas inflexerat, bis irrumpit; duosque iterum sinus aperit. Persicus vocatur dictis regionibus propior; Arabicus ulterior. Persicus, qua mare accipit, utrinque rectis lateribus grande ostium, quasi cervice, complectitur: dein terris in omnem partem vaste et æqua portione cedentibus, magno litorum orbe pelagus incingens, reddit formam capitis humani. Arabici et os arctius et latitudo minor est, major aliquanto recessus, et multo magis longa latera. Init penitus, introrsusque, dum Ægyptum pæne et montem Arabiæ Casium attingit, quodam fastigio minus ac minus latus, et quo magis penetrat,

ceux qui y abordent y sont incontinent suffoqués par l'air qu'on y respire. Entre les embouchures du même fleuve est une région nommée Patalène. De là jusqu'au commencement de la mer Rouge s'étend une région qui manque d'habitants en quelques endroits, à cause de l'extrême chaleur. Les rivages où commence la mer Rouge sont impraticables et déserts; la terre y paraît être de la cendre : aussi les fleuves y sont-ils peu nombreux et peu considérables, et les plus connus sont le Tubéron et l'Arusace.

VIII. Mer Rouge et ses deux golfes Persique et Arabique.

Cette mer est appelée par les Grecs Ἐρυθρὰ θάλασσα, soit parce que ses eaux sont rouges, soit parce qu'autrefois Érythras régna sur ses bords. Elle est orageuse, difficile, profonde et plus abondante que les autres en animaux monstrueux. D'abord elle s'enfonce de deux côtés dans les terres à une égale profondeur, et y forme deux golfes d'une certaine étendue, dont les rivages se courbent en forme d'arc, comme pour l'empêcher de se prolonger plus avant dans la direction occidentale; puis, au fond de ces deux courbures, elle se fraye un nouveau passage et forme deux autres golfes, dont l'un, plus voisin des contrées que je viens de décrire, s'appelle golfe Persique, et l'autre golfe Arabique. Le golfe Persique s'ouvre par un grand canal, dont les côtés parallèles s'allongent en forme de cou; puis, se déployant de tous côtés dans une égale proportion, il forme une vaste mer dont les rivages arrondis décrivent le contour d'une tête humaine. Le golfe Arabique est plus étroit à son ouverture et moins étendu dans tout le reste; mais il pénètre plus avant dans les terres, et ses côtés sont beaucoup plus longs : il s'étend presque jusqu'à l'Égypte et au mont Casius en Arabie, en se rétrécissant de plus en plus. A partir du point où j'en suis

